non habẽt alterare illa verba,ducentũ quinquaginta tornatu
rarum:nisi probetur qd tantus ibi nõ posset cadere numerus
11 mensure.†sicut dicimꝰ in dictiõe,plus minus ve.q̃ idẽ impor-
tat.nam si dixero,confiteor me esse debitorem tuum in.x.plus
minusve ꝛc.illa verba,plus ꝛ minus,nihil operãtur:nisi aliud
ꝓbetur.tex.est in.l.publia.ꝛ ibi hec no.Bar.ff.depositi.ꝛ in.l.
in actione.ꝛ ibi Bart.ff.de fur.ꝛ no.Bal.i rubrica.C.depositi.
in.vj.qõ.sꝫ in dicto loco designari possunt tornature ducẽtarũ
quinquaginta,vt est ꝓbatũ,maxime in quinto ꝛ septimo ar-
gumentis:ergo totum debetur.Item tam in cõfinibus ꝙ in
mensura fuerũt adiecta illa verba,quantuncunqꝫ sit,vel equi
pollẽtia.vt patet ex ꝟbis illis videlicet,que intra predictos cõ
fines cõtinentur,vel alij si qui forent veriores.vnde si dubitat̃
qd debeat magis attẽdi an illa demonstratio confiniũ,vel de-
monstratio mensure:respõdeo ꝙ potius debet attẽdi demon-
12 stratio mẽsure:cũ per illa amplietur†donatio que potius am-
pliatur in re dubia quam restringi debeat iuribus.s.allegatis
in quinto argumento.Ex quibus concluditur omnem mẽsu-
re numerum dicto Sempronio esse supplendum.

Epitome.

¶ Inhibitio facta alteri iudici parte non citata non valet.

Consilium.IX.

PRestãtissime doctor in
causa ser Francisci carauite,Circa primum breui-
1 ter respondeo†ꝙ ad dictam inhibitionẽ per iudi-
cẽ ecclesiasticũ non potuit procedi absqꝫ citatione partis:quia
qñ iudex ecclesiasticus ad petitionẽ partis vult procedere su-
per causa vsuraria,eo quia pars dicit cõtractũ esse vsurarium:
nõ põt inhiberi iudici seculari corã quo petit̃ executio instru-
a mẽti:nisi priꝰ ecclesiasticꝰ iudex vsurariũ citari[a] fecerit:vt i ꝓ-
priis terminis decidit Feder.de senis in consilio suo.ccc.incip.
factũ tale est debitor ꝓmisit ꝛc.mouet̃ ꝑ id qd habet̃ in.c.Ro-
mana.§.si ꝟo.de appel.in.vj.ꝛ ita etiã tꝫ Jo.de imo.in.c.debi-
tores.circa mediũ.de iurein.ꝛ Jo.de imo.in.l.iiij.§.cõdemna-
tum.ff.de re iud.ꝛ dominꝰ Abb.in.d.c.debitores.circa.vi.vel
vij.colũ.de iureiurã.ꝛ ita etiã cõsuluit in terminis nostris Pe-
trus de anch.cõsi.ccxxxiiij.incip.casus talis est post preceptũ
ꝛc.per dictum.§.si vero.in.c.nõ solum.de appel.in.vj.ꝛ ita etiã
consuluit dom.Laurentius de Ridolfis in tractatu de vsur.in
2 questio.cxxxi.ꝑ dictũ.§.si vero.Itẽ†quia ad hoc vt possit in-
hiberi oportet corã iudice inhibẽte pẽdere litẽ preiudicãdã illi
liti ꝓ qua inhibetur.c.tua.de ord.cog.c.lator.ꝛ.c.causam.qui
filij sint legiti.sed lis nõ dicit̃ pẽdere nisi secuta citatione, vt in
clemẽ.fin.vt lit.pen.Faciunt plura alia que inducũtur que bre
uitatis causa omitto.ꝛ sic apparet istam esse magis communẽ
opin.a qua in pronunciando non est recedẽdum.Non obstat
allegatio Lappi.lxj.qꝛ placeat eam videre:qꝛ nec vna nec in
alia dicit̃ illud ad quod per aliquos allegat.bene tractatur ibi
ad quẽ spectet iurisdictio,sed nõ tractat an inhibitio fieri pos-
sit parte non citata.Preterea non videt̃ verum ꝙ quãdo dici
tur instrumentum esse confectum in fraudem vsurarum corã
ecclesiastico iudice sit suspensa iurisdictio iudicis secularis, et
3 spectet ad iudicẽ ecclesiasticum:quia imo vt scitis†quia dici-
tur esse questio facti spectat ad secularem vt per legistas maxi
me Barto.in.l.quoties.C.de iudi.ꝛ in.l.omni nouatione.C.de
sacrosanc.eccles.ꝛ in.l.titia.soluto matrimonio.ꝛ per doctor.in
clemen.j.de vsur.ꝛ in.c.cum sit generale.de foro cõpe.ꝛ sequi-
tur Federi.de senis in consi.xcij.inci.facta est lex.ꝛ Federic.in
ꝯsi.ccxlij.incipiente.dominio Andree.ꝛ Archidiac.xiiij.que-
stione.iij.cap.quod dictum.ꝛ Bal.in.l.filium.ff.de his qui sunt
sui vel alie.iur.ꝛ in authẽ.ei qui.in quinta colũ C.de bo.autho.
iudi.poss.ꝛ Ang.in disp.sua incipiente.ostensis miles.ad finẽ.
ꝛ Pet.de anch.in consi.ccxxxvj.maxime per.c.ad nostrã.el.ij.
de iureiurã.ꝛ.c.post miserabilẽ.de vsu.cum sim.Et hanc opi.
dicit veriorẽ Jo.de imo.in cle.dispendiosam.de iudi.quicquid
dixerit Bal.in.l.j.in fi.C.de sentẽ.que sine certa ꝙtitate.Alie
responsiones patet ex iis que dixi.s.Non obstat etiã id quod
no.in.c.ad nostrã.el.ij.de iureiurã.qꝛ illud ꝓcedit qñ iudex ꝓ-
cedit nõ ad priuatũ interesse ꝛ alicuiꝰ priuate ꝑsone.sꝫ ad peni
tentiã imponendã ex officio suo,vt dixit Inno.ꝛ alij ꝛ sic non
sumus in casu.nec obstant nota.per Bal.in.l.consulta.qꝛ ꝓce
dit quando iudex ecclesiasticus seruatis seruandis inhibet et
mandat iudici seculari.Preterea non disputatur nunc an iu-
dex incurrat excommunicationem vel nõ:ꝛ per hoc fundamẽ
tũ est sublata omnis dubitatio in dicta causa.Sꝫ posito ꝙ di-
cerẽ inhibitionem fieri potuisse,quod nullo modo puto,videne-
dũ est an satis esset ser Francisco si lata fuerit sentẽtia in causa
principali pro eo,ꝛ non obstante inhibitione facta pẽdẽte ap-
4 pellatione†iudex pronũciauerit appellationem esse desertam
a qua est prouocatũ.ꝛ dicitur ꝙ sic ꝓpter statutũ sub rubrica,
de appellatiõibus.in versi.ꝛ si victus ꝛc.in quo statuto est cau
tũ ꝙ secuta dicta declaratione super desertione prime sentẽtie
sine mora executioni mandetur.Nec obstat quod ibi dicit̃, nisi
dicta sententia nulla foret ratione incõpetẽtie vel defectꝰ iuris- a
dictionis iudicis ꝙuis causa appellationis vel lapsus senten-
tie super qua lata fuisset ipsa sentẽtia quibus casibus ius dicẽ-
di de nullitate saluuꝫ maneat:quia respõdeo ꝙ nos nõ sumus
in casu quia aut nos querimus de sentẽtia lata in causa ꝓnci-
pali.ꝛ claruꝫ est ꝙ illa non fuit nulla:eo quia lata fuit extra in-
stantiaꝫ:nec de hoc disputatur.Aut nos querimus de secũda
sententia scilicet quia pronunciatũ est appellationẽ esse deser-
tam ꝛ esse non potest:ꝛ sic dici non potest ꝙ sit nulla ratiõe de
fectus instantie:quia illa inhibitio militaret quãdo iudex ap-
pellans pronunciasset super meritis cause ꝛ nõ super desertio-
ne quia quando iudex pronunciat instãtiam esse peremptam,
vt in casu appellationis non potest dici talem sententia nullaꝫ.
eo quia sit habita extra instãtiã:quia de necessitate talis sentẽ-
tia presupponit peremptam ꝛ lapsam esse instantiam.l.prope-
randum.§.illo.cũ ibi not.per Bar.C.de iudi.ꝛ no.in.l.eos.in
prin.C.de appel.ita ꝙ illa executio post inhibitionẽ posita in
dicto statuto non comprehendat casum nostrũ.ꝛ hoc de se cla
rum est,vt mihi videt̃.Reliqua suppleat prestãtia vestra.Ale.

[a] ¶ Citari.s.lib.ij.consil.xcj.col.iij.ꝛ ĩ.li.v.cons.lxxxiij. Bal.cõsi.cclxxi.col.j.lib.j.lap.allegat.lxj.Anch.cõsi.xcviij.ꝯs.ccxxxiiij.cõsil.ccxxxvj. Ale.l.titia.in fin.ff.solu.matri.Panor.c.tuam.de ordi.cogni.Steph.auffre.repe.clem.j.de offici.ordi.de potesta.ecc.super lai.vers.nono.ad de Bemi.Phili.fran.c.Romano.§.ꝙ si obiiciatur.de appellat.in vj. Jas.l.nec quiꝙ.§.vbi decretuꝫ.col.v.de offic.procõ.repe.l.admonẽdi.col.pen.de iureiu. Fran.ripa.l.ij.ff.de re iudi. Matthe.affl.decisi.neap.xxx.s.lib.vij.cõsi.lxviij.ꝛ.lxix.

Epitome.

¶ Venditio,locatio, liber censualis non probant dominium,
nec quasi,nec possessionem contra tertium.

Consilium.X.

VIso processu inter Frã-
ciscum ꝛ alios de richetis agẽtes,ꝛ ser Rentium ꝛ
alios de Sorbolis defẽdentes, ꝛ visis que copiose
ꝛ egregie allegata sunt ꝑ eximiũ legis doctoreꝫ nouellũ dñm
Dñicũ ruffuꝫ Bononiẽseꝫ dudũ acutissimũ discipulũ meũ,at-
tingã breuibꝰ ea q̃ mihi vident̃ in hac cã esse tutoria fundamẽ-
ta:ex qbus vt puto cõstabunt partes domini iudicãtis esse in
absoluẽdo reos cõuẽtos.Et in primis animaduerto esse inten

tatum possessorium ⁊ petitoriũ, vt euidenter apparet ex inspe-
ctione libelli. constat autem qđ in possessorio recuperande vel
retinende vel adipiscẽde obtinere non possunt: quia de aliqua
possessione sua nõ probarũt nec de possessione illoꝝ quoꝝ sunt
heredes. † nõ enim possessio probatur per instrumentũ vendi-
tionis facte ꝑ Tiberniũ Cicolo recipiẽti ⁊ ementi pro Jacobo
quõdam Petri richeti: quia per instrumentum non probatur
traditio possessionis. l. predia. cum ibi nota. per doct. ff. de acq.
possessio. ⁊ nota. in. l. ij. C. eo. tit. ⁊ per Spe. de emptio. ⁊ vend. §.
sciendũ. versi. si vero res. cum versi. sequen. ⁊ nota. doct. in. c. cũ
venient. de restitu. spol. ⁊ in. c. ij. de consue. ⁊ per Baldum in. l.
iudicia. C. de rei vend. ⁊ in rubrica. C. de fide instrumẽ. in. xviij.
questione. ⁊ in. §. tradit. insti. de rerũ diui. † nec ob. cõstitutũ ap
positum ibi quia nihil operatur nisi probetur ꝙ venditor con-
stituens tũc temporis possideret: quod nõ est probatũ. ita col-
ligitur ex no. per glo. ⁊ ibi clare Arg. in dicta. l. ij. in verbo, tra-
dita. C. de acquirẽda possessio. ⁊ in. l. quis. §. j. ff. eo. ti. ⁊ Ange.
in. l. quedam mulier. ff. de rei vendi. post Bar. ibi ⁊ Bar. in. l. j.
quando liceat ab emp. disce. ⁊ Ant. de Bu. in. d. c. cũ venissent
⁊ in commẽto. c. fi. in. xvj. colum. de cau. pos. facit. l. traditio. de
acq. rerũ domi. ⁊. l. fi. §. j. ff. ad velleia. Preterea nõ apparet de
ratihabitiõe dicti Jacobi: ergo nõ fuit sibi acquisita possessio.
l. communis seruus. §. j. ff. de acquirẽ. pos. l. si ego. ff. de neg. ge.
non probatur etiam possessio per instrumẽtum locationis fa-
cte per Petrum de Richetis Arnoldo quõdam ser Joãnis:
quia † per locationem [a] solam nõ ꝓbatur possessio, neqʒ domi-
nium, saltem quo ad tertium. c. inter dilectos. de fide instrumẽ.
⁊ ibi no. in. l. ad probationem. C. loca. nota. in. c. cũ Bertoldus.
de re iudicata. ⁊ in. c. bone. de appel. ⁊ in. l. q vniuersas. ⁊ quod
per colonũ. cum similibus. ff. de acqrẽda possessione, licet vbi
probaretur de perceptione pensionis posset videri probatũ de
possessione, per id quod habetur in. l. litibus. C. de agri. ⁊ cẽsi. li
bro. xj. et per no. in. d. l. qui vniuersas. §. quod per colonũ. † qui-
imo tunc ex tali possessione probaretur presumptiue de domi-
nio qñ incidenter dominium deducetur in iudicium, per nota.
per Bartolum post glo. in. l. quidam in suo. ff. de cõsti. instit. cũ
suis cõcor. ⁊ ita procedit id quod no. Bar. in. l. nõ ab re. C. vn-
de vi. iũctis notatis per eũ. in. l. rem legatam. ff. de adi. leg. cum
suis concordantijs. Sed in casu nostro est probatum de solu-
tione pensionis, ⁊ etiã dominiũ deducitur principaliter in iu-
dicium per agentẽ nõ autem incidenter quo casu ex possessio-
ne nõ probatur de dominio, vt plene per Bartolũ in. d. l. qui-
dam in suo. ⁊ per Baldum in. d. l. iudicia. ⁊ in. l. non ignorat. C.
qui accu. ⁊ per Anto. de bu. in. c. cũ ad sedem. de resti. spol. cuʒ
5 similibus. † Non probat etiam possessio neqʒ dominiũ per li-
brum estimorum quo ad fauorẽ illius qui ibi est descriptus. l. si
pater. et illum textũ ibi ad hoc põderat Bal. ⁊ Salic. C. de rei
vendi. ⁊ no. ꝑ Bal. in. l. quidã in suo. ff. de condi. inst. quis ꝓ-
bationem facere quo ad preiudiciũ illorum qui discretioni di-
cti estimi consensissent. l. cẽsualis. C. de dona. no. Bar. in. l. iura.
C. de omni agro deser. lib. xj. ⁊ in. l. cũ quis. ff. de acquir. re. do.
nec cõtrariũ dicitur in statuto ꝓducto et registrato in ꝓcessu.
pro hoc etiã facit: quia, vt dixi per instrumentũ non probatur
possessio. d. l. predia. Preterea liber estimi potius est ꝯtra agẽ-
tem: quia apparet dictam rem esse appositam ad estimũ alte-
rius. Item nõ est per aliquos testes probatũ de possessione ex
parte agẽtium in petitorio. etiam quo ad proprietatem nõ est
probata intẽtio agẽtium: quia ex solo titu. emptionis facte per
dictũ Cicolum recipiẽtem nomine dicti Jacobi non ꝓbatur
dominiũ, vt. l. cum res. vt ibi plene no. C. de ꝓba. ⁊ maxime cũ
6 nõ interuenerit traditio: † quia per instrumentũ in quo conti-
nẽtur illa verba videlicet, dedit, vẽdidit, ⁊ tradidit, nõ ꝓbatur
traditio. d. l. predia. ⁊ sine traditione nõ transfert dominium,
l. traditionibus. C. de pactis. l. si ager. ff. de rei vẽdi. l. ex stipula.
ff. de acquir. posses. nec etiã per constitutum appositũ in dicto
instrumento probatur traditio possessionis, nisi probaretur ꝙ
venditor tẽpore constituti possedisset ꝙ ꝓbatũ non est, vt dixi
supra. nec etiã per dictum instrumentum venditionis ꝓbatur
7 de quasi dominio dictorũ agentium: † qr ad probationẽ quasi
dominij requiritur non solum titulus, sed etiã tradito posses-
sionis vacue: vt cõcludunt docto. communiter in. d. l. cũ res. et
in. l. celsus. ff. de vsuca. ⁊ Jo. an. in addi. Specu. in tit. de cau-
sa posse. ⁊ prop. §. nũc vidẽdum. in additio. incipien. de hoc est
⁊c. ⁊ no. Baldus in. l. nam ⁊ postea. §. si petitor. ff. de iureiuran.
facit. l. j. ⁊. ij. ⁊. l. eũ qui. in principio. ⁊. §. finali. ff. de publicia. sed
de traditione possessionis vacue nõ est probatum: ergo ⁊c. non
probatur etiã de dominio vel quasi dominio per instrumentũ
vẽditionis facte. de an. M. cccclxiv. ꝑ illos de Dragonib9 ser
Laurentio de Guarinis vbi dant ꝓ confine illi de Richetis.
8 Quia † respondeo ꝙ illud instrumentum inter alias personas
nõ ꝓbat ꝙ ista petia terre de qua est questio esset ipsi9 dñi Frã
cisci de Richetis ⁊ aliorũ nominatorũ in libello. l. optimã. ⁊ ibi
not. C. de cõtrahẽ. ⁊ commit. stipu. prediis. §. Titio. ⁊ quod ibi
Bart. ff. de leg. iij. cum si. facit quod habetur. C. res inter alios
acta. per totũ. ⁊ non apparet ꝙ ista petia terre de qua agit sit
illa que dat pro confine in dicto instrumẽto vẽditionis facte ꝑ
illos de Dragonibus. ⁊ sic est ꝓbatio dubia, ⁊ q̃ nõ releuat. c.
in p̄sentia. de ꝓbatio. l. neqʒ natales. C. de ꝓbatio. ⁊ tanto ma-
gis quia nõ specificãtur illi qui sunt: vt infra ꝓxime dicã. Per
testes etiã nõ ex ꝓbatũ de dominio vel q̃si dictoꝝ agẽtiuʒ. Nã
Georgius Dragonis nihil dicit nisi de auditu ab alio: ⁊ sic nõ
ꝓbat. l. si qñ. C. de testibus. c. tã literis. de testib9. Itẽ dicit au-
diuisse ꝙ illa petia terre est illorũ de Richetis ⁊ non prout in li-
9 bello narrat. † Sed illa verba illorũ de Richetis possunt veri-
ficari in duobus. l. inter illaʒ. §. fi. ff. de manumissis testamento.
⁊ in proposito notat Inno. in. c. auditis. in gl. exceptis. de pre-
scriptio. ⁊ ibi clari9 dñs Abbas in. vj. colũ. ⁊ est de mẽte Ol. in
ꝯsi. cẽtesimo incip. in executione. ⁊ Petrus de Anch. ⁊ Jo. de
Imo. in. c. quãto. de his q̃ fiũt a prela. ⁊ sic apparet ꝙ ista ꝓba
tio est obscura ⁊ dubia ⁊ ꝙ imo nõ releuat. d. c. in p̄sentia. Pre
terea iste testis est singularis ⁊ vnic9: quia alij testes non depo
nũt saltẽ sufficiẽter ꝙ ista petia terre de qua est questio spectet
iure dñij vl' possessiõis ad actores ꝯcludo in fauorẽ reoꝝ. Ale.

Epitome.

¶ An plures species probationum iungi possint.

Consilium. XI.

SEntio in dubium reuo-
cari posito ꝙ verũ sit ꝙ singule ꝓbatiões deducte
pro parte ipsorum agẽtiũ de richetis ꝑ se nõ suffi-
cerent ad probãdum intẽtionem agẽtium an saltẽ simul cumu
late sufficiant, iuxta illud quod dicit, ⁊ que nõ prosunt singula
multa iuuant. c. cũ causam. cũ ibi no. de ꝓba. ⁊ no. in. l. ij. in pri-
1 cip. ff. de excu. to. facit. l. instrumẽta. C. de ꝓba. cũ si. † tñ rñdeo
ꝙ nõ. nã si cõsiderem9 possessoriũ intẽtatũ: ⁊ exploratissimũ est
ꝙ nõ iuuãt ea q̃ probata sunt: qr nihil est de possessione agẽtiũ
probatum qđ plenã aut semiplenã probationeʒ faciat, vt pʒ ex
ijs q̃ in priori cõsilio allegauit si etiã querim9 de petitorio, ⁊ sic
de ꝓbatiõe dominij: dico ꝙ nõ sufficeret plene ꝓbari de titulo
emptionis, ⁊ de numeratione p̄tij, ⁊ de traditione possessionis
vacue: nisi etiaʒ ꝓbaret ꝙ vẽditor fuisse dñs, vt legit ⁊ no. in. l.
cũ res. C. de ꝓba. ſʒ cões cõclusiões de qb9 ibi ꝑ gl. ⁊ doc. ⁊ sic
apparet ꝙ nõ sufficeret ibi ad ꝓba. dñij aliqua seu plura ꝓbari
nisi plene ꝓbat oĩa requisita. cum ergo inter cetera ꝙ maxime
necessariũ ad trãslationẽ dominij vel quasi dominij sit ꝙ ꝓbe-
tur traditio possessionis, ⁊ etiã reqrit ꝙ ꝓbet ꝙ possessio tunc
eẽt vacua ad trãslationẽ quasi dñij qñ nõ ꝓbat vẽditorẽ nõ fuis
se verum dñm, vt in alio cõsilio deduxi, ⁊ no. in. l. cũ res. vbi de
2 clarãt Bal. ⁊ Sali. † quõ ꝓbet possessionẽ vacuã traditã fuisse
q̃ ꝓbatio est difficilis, vt ipsi dicũt: qr oportet ꝓbari ꝙ vẽditor
tñ vel emptor diu possederit ꝑ no. in. l. j. C. de ser. fugi. ⁊ ĩ ꝓposi
to nostro nihil probatũ sit ꝙ appareat traditã fuisse huiusmo-
di possessionẽ. ergo posito ꝙ alia plura ex p̄dictis ꝓbarent: nõ
3 pñt agẽtes obtinere. † Preterea illđ qđ dr, vbi singula nõ iuuãt
b multa ꝓsunt. itelligit hoc mõ: qr si plures ꝓbatiões diuerse tẽ
dũt ad vnũ ⁊ sint sufficiẽtes ad iudicis animũ inducẽdũ ad ple
nã credulitatẽ: vt si agit de ꝓbãdo ꝯctũ ⁊ ꝓducũtur plures te
stes cõtestes: nã ista ꝓbatio pluriũ testiũ simul iungit. l. vbi nu
mer9. ff. de testi. in oĩ negotio. de testib9. ſʒ si sint singulares te-
stes ẽt si essent mille nõ ꝓbarẽt. c. lʒ cãm. de ꝓbatio. c. cũ dilecti.
de elec. ⁊ tm̃ valerẽt mille quãtũ vn9. ita inquit Bal. in. l. iureiu.
C. de testi. ⁊ no. Spec. in ti. de inqui. §. nũc vidẽdũ. ver. aut semi
plene. ⁊ Jo. cal. ⁊ An. de bu. in. c. veniẽs. el. j. de testi. ⁊ Ni. de ne-
ap. in. d. l. ij. ff. de excu. tu. ⁊ Bal. in. l. spadonẽ. §. q absolut9. eo.
4 ti. ⁊ in. l. si ex cautione. in. xij. q. C. de nõ nu. pe. † Quinimo, vt i-
quit Bal. ĩ. d. l. iureiu. ⁊ in rubrica de cõtrouer. iur. qñqʒ opera
tur singularitas vt min9 ꝓbet ꝑ multos quã ꝑ vnũ solũ, scʒ qñ
ex hoc p̄sumit dol9 vl' repugnãtia, vt ĩ testib9 adductis ꝯ̃ susã-
nã, ⁊ no. ĩ. l. testiũ. C. de testi. Ubi aũt ꝓbaret de ꝯctu ꝑ vnũ te-
stẽ de vsu, ⁊ ꝑ duos ꝓbaret fama eẽ celebratũ illũ cõtractuʒ de
quo deponit ali9 testis: tũc iste ꝓbationes cõiũgerent ⁊ suffice
rẽt: qr iste sunt due semiplene ꝓbatiões tẽdẽtes ad ꝓbãdũ vnũ
⁊ eũdẽ ꝯctũ: ideo possunt simul iũgi, vt no. in. c. j. de appel. ⁊ i. c.
veniens. el primo. de testi. ⁊ in. l. iij. §. eiusdẽ quoqʒ principis. ff.
de testi

5 de testi.¶ † Sed si plures sunt ꝓbationes tendẽtes ad diuersa: vel nulla coniectura aut presumptio est per se perfecta: tũc non cõiungũtur ad faciẽdum vnam plenam probationẽ: vt qꝛ aliqui testes deponũt de mutuo, sed non perfecte. ita dicit do. Abb.in.d.c.cũ causam.de ꝓba.per id qđ habetur in.l.i.C.qui numero tutela.⁊ ad hoc bene faciũt no.per Bal.in.l.admonẽdi.in verſ.his premissis quero ⁊c.ff.de iureiur.sed instrumentũ emptiõis facte per dictũ Cicolũ recipientẽ noĩe dicti Jacobi non reperitur qđ semiplene probet dictum Jacobũ fuisse effectum dominũ: qꝛ deficiẽte traditione possessionis ⁊ alijs de qbus dixi.s.ille titulus nihil operatur ad translationẽ ⁊ probationẽ dominij, vt est dictum: ergo illud nõ potest coniungi cũ scriptura dicti estimi, que etiam nil operatur quo ad probationem dominij dictorũ agentiũ in casu nostro, vt ꝓbaui in priori consilio, ⁊ quod scriptura estimi etiã tẽdit contra dictũ instrumentum venditionis. Nam estimum tendit ad ostendendũ qđ ille ad cuius estimum res descripta erat sublata onera pro illa re: nõ autem ad probãdum titulũ seu instrumentũ vẽditionis tendit ad probationem tituli: vnde non fit isto casu cõiunctio, ex doctrina preallegata. ⁊ per eandẽ rationem nõ possunt predicta coniungi cum aliqua presumptione resultante ex instrumento venditionis per illos de Dragonibus ser Laurẽtio de Guarinis: quia illud instrumentum non probat semiplene dominium dictorũ agentiũ: imo nõ apparet ibi de quibus personis de Richetis loquatur. in priori cõsilio dixi. ⁊ etiam dictũ instr̃m tendit ⁊ ordinatur ad aliud quã id ad qđ tendunt superiora. Nam dictũ instrumentum venditionis dictorũ de Dragonibus ⁊ electores illud potuissent poni pro confine illis de Richetis, ⁊ si quid minimũ tenuissent quocũq; titulo. ¶ Minus etiam coniungi potest attestatio Georgij de Dragonib⁹ qui peccat in eo quod nõ dicit ad quos de Richetis audiuerit pertinere dictã petiam terre, deponit de auditu. Nam solũ dicit qđ audiuit dici qđ vni petie terre quam illi de Dragonib⁹ vendiderũt ser Rentio cõfinatur vna petia terre que fuit ⁊ est illorũ de Richetis, vt audiuit. vnde peccat in multis, vt dedu

6 xi in priori consilio. † Et posito qđ testimoniũ de auditu face

a ret aliquod indiciũ: tñ omne indiciũ dꝫ ꝓbari per duos a testes, vt est gl. reputata singularis in.l.fi.⁊ ibi Bart.⁊ alij.C.fa.ercis. notat Inno.in.c.sicut.de simo.⁊ Ang.in.l.fi.in prin.ff.qđ me. cau.⁊ in authẽ.de testib.in col.vij.⁊ põderat ibi Ang.ad hoc esse si. Et not. Bald.in.l.cum citra.C.de iure dot.⁊ in.d.l.ij.in prin.ff.de excu.tut. Sed dictus Georgius in hoc neminem habet contestem: ergo nõ facit indicium: qꝛ non dicitur de dominio perfecte deponere. ⁊ propterea dicit Bal.in.l.si quis ex ar-

7 gentarijs.post princ.ff.de edẽ. † qđ nunq̃ iungũtur plures species probationũ adinuicem nisi qñ vnaqueq; species per se sit in suo esse perfecta. Unde si fama est probata, posset iungi cũ alia specie ꝓbationis, puta cũ vno teste deponẽte de veritate facti, qui facit semiplenã probationem. sed vbi fama non esset plene probata, nõ posset iũgi cum alia specie probationis. ita intelligit ipsa gl.in.d.l.ij.ff.de excu.tuto.per.d.l.i.C.qui nu.tu-

8 tela. † Et ideo dicit q̃ si esset vnus testis de fama, ⁊ vn⁹ de veritate ⁊ vnus de alio indicio, non coniungerentur: qꝛ indiciũ dꝫ probari per duos, vt est dictũ. alleg. gl.in.d.l.fin. Alij testes nil dicũt de dominio. Non possunt etiã predicta coniungi cũ instrumẽto locationis facte per Petrum: quia illa locatio saltim quo ad eum qui nõ conduxit, nihil probat de dominio vel possessione, vt dixi in consilio primo. ⁊ tendit ad aliquid diuersum ab eo ad qđ tendit instrumentum venditionis facte dicto Jacobo. tendit enim ad probandũ titulũ Jacobi. locatio vero non tendit ad illud: ergo non debẽt coniungi, ex superiori doctrina. ⁊ hec procedunt etiam tenendo qđ plures species ꝓbationũ diuersi generis possent accumulari. nam si teneremus q̃ plures species ꝓbationũ diuersi generis non possent cõiũgi, vt tenuit Dy.in.d.l.ij.ff.de excu.tut. vbi tenebat q̃ fama etiaꝫ plene ꝓbata nõ posset coniungi cũ vno teste deponẽte de veritate facti, vt etiã refert Joã.cal.⁊ Ant.de but.in.d.c.veniens. el.i.de testi. res non egeret vlla discussione. sed nõ facio fundamentum in illa opinione Dy.⁊ sequaciũ, sꝫ dico qđ ista plura nõ sunt species ꝓbationis dominij, ⁊ eo modo quo requiritur vt possent coniungi, vt est superius ostensum. Postremo dico quod etiam ex alio capite non possunt agentes obtinere: quia principale fundamentũ eorũ est in dicto instrumento vẽditionis facte cuidã Cicolo recipientis nomine Jacobi de Richetis. ⁊ nõ est probatũ qđ Petrus pater ascẽdens dictorũ agentium fuerit filius ⁊ heres dicti Jacobi, nec q̃ causam habuerit ab eo: ergo nõ possunt agentes se fundare ex dicto instrumẽto emptionis.l.si pro te.⁊ quod ibi Bal.C.de do.promis. facit.l.si vnus.§.ante omnia.cum simi.ff.de pac. Ex quibus cõcludo in omnibus ⁊ per omnia prout in priori consilio. Alex.

Consilium. XII.

Confirmat duo precedentia.



Iso processu iuxta probabilẽ cõsuetudinẽ, datis dubijs a iustissimo ⁊ clarissimo iudicente, sentio illa nõ obstare quominus partes dñi iudicãtis esse debeãt in iudicãdo in fauore reorũ.⁊ quãuis nõ dubitem clarissimũ dñm iudicantem ad obiecta cõgruum per se videre responsum pro sua doctrina ⁊ causarũ forensiũ lõga experientia, tñ vt petẽti morem geram aliqua pro responsione.j.breuiter subijciã. ⁊ in primis nõ obstãt opposita qđ solũ instrumentũ locationis facte per Petrũ de Richetis

1 Arnoldo † nõ probet dñium: tamẽ qñ est iunctũ cũ alijs bene sufficit, qđ no.p Bar.in.l.ad ꝓbationẽ.C.locati. sed in ꝓposito multa videntur adminiculari, scꝫ titulus emptionis facte per Tibertinũ ementẽ noĩe Jacobi quondã Petri de Richetis, ⁊ etiã scriptura estimi: ⁊ non obstat q̃ scriptura estimi cãtet in Arnolpo: qꝛ illud videt̃ fuisse factũ vt Arnoldus solueret collectas, nõ vt Petrus de Richetis perderet dñium, vt cõstare videtur ex instr̃o locationis facte dicto Arnoldo per Petrũ de Richetis. ⁊ q̃ per locationẽ predictã probet̃ dñium faciũt no.per Bal.⁊ Jo.de imo.in.l.cũ tale.§.fi.ff.de cõdi.⁊ demon. ⁊ per Pe.de anch.in.c.fi.de cau.pos.⁊ id qđ habetur in.l.fi.cõ

2 ditionis.C.loca. † vbi non potest cõductor referre qõnẽ dominij locatori. ideo sicut Arnoldus non potuisset referre qõnem dñij dicto Petro locatori: ita nec vident̃ posse facere rei cõuẽti pretendẽtes ius in dicta petia terre, vt in re que fuit dicti Arnoldi, ⁊ dꝫ apparere in quadã supplicatione per eos ꝓducta in ꝓcessu: qꝛ ad ista respondeo q̃ Bar.in.d.l.ad probationẽ.id

3 vult † q̃ si probo locasse rem, ⁊ q̃ mediãte colono meo possedi longo tpe, vt qꝛ probo qđ colonus meus longo tpe meo noĩe laborauit in fundo meo ⁊ ꝓbo de aliquo titulo meo: quia hoc modo ꝓbo me prescripsisse.l.diuturna.⁊.l.sup longi.C.de prescript.lon.tẽp. sed in casu nostro non est probatũ q̃ aliqs vt colonus Petri laborauerit fundũ post longũ tps aut pensionẽ soluerit: ergo nõ sumus in casu in quo loquit̃ Bar. Preterea nõ est ꝓbatũ legitime q̃ dictus Petrus fuit filius ⁊ heres dicti Jacobi, cuius noĩe empta fuit dicta petia terre: ergo ex illo titulo se fundare nequeũt. ⁊ deduxi in cõsilio vbi etiaꝫ per alia media ostẽdi dictũ titulũ non suffragari. ⁊ illa hic recẽsere nõ expedit. ⁊ ibi etiã respõdi ad scripturã illorũ estimorũ qa fidẽ nõ facit quo ad alias personas. ¶ Preterea si vlla fides deberet dari libris estimi, deberet dici q̃ cũ in libris estimi ꝓductis p illos de Sorbolis appareat illã petiã terre esse positam ad estimũ illorũ de Sorbolis q̃ per illos libros excludat̃ intẽtio agẽtiũ quatenus se fundãt in libris estimorũ. sed rei veritas est q̃ nõ ꝓbant pro vno neq; pro alio, vt dixi. ¶ Nõ obstant not.per Bal.⁊ Jo.de imo.in.d.l.cũ tale.§.fi.cũ cõcordã. quia respõdeo q̃ loquũtur quo ad easdẽ personas cũ quibus facta est locatio ⁊ cõductio. ⁊ pro hoc allegãt.l.optimam.C.de cõtrahẽ.⁊ cõmit.stipu. que etiã ita loquit̃. quinimo vt ipsimet referunt Dy. etiã in casu nostro, sed etiã inter easdẽ personas

¶ Duos.s. lib.i. cõsil.v. nu.4.i.eo. consi.xxi.col.i.

4 tenuit cõtrariũ † q̃ per instr̃m locationis in emphyteusim nõ probatur dominiũ locatoris quo ad conductorẽ. ⁊ istud tenet Dy.⁊ Bar.in.l.legata inutiliter.ff.de adi.leg.ꝑ rationẽ illius text.⁊ per.d.l.ad probationẽ legis autẽ esset bene verũ vt ipsi dicũt qđ si locator ageret actiõe personali ex ꝯtractu locationis cõtra cõductorem vel cõdictione ex.d.l.si qs cõductionis. ⁊.l.nec cõductores.C.de pig.act.⁊ vt legitur ⁊ not.in.l.ita vt si fur.ff.cõmo.cũ si. Sed si cõueniatur possessor actione reali ratione dñij agẽtis, vt in casu nostro: tũc ista est vera ⁊ cõis opinio per instr̃m locationis nõ ꝓbatur dñium.d.l.ad ꝓbationẽ. cũ si.⁊ ibi hoc notat Bald.in verbo quero, quare nõ videt̃ ⁊c. cum ver.sequẽti. vbi etiã multo fortius dicit ⁊ idẽ not.glos.in c.inter dilectos.i ver.locatio.de fide instru.⁊ Specul.ita tenet in titu.de loca.§.nam aliqua.ver.quinquagesimosecundo.cũ duobus versi.sequẽtibus.⁊ ibi etiã Bald.in.viij.col.⁊ sic etiaꝫ quãuis nõ inueniã in ꝓcessu probatũ qđ rei conuẽti habuerũt causam ab Arnoldo: tñ etiã si hoc appareret nihil penit⁹ obstaret eis: qꝛ nõ cõueniũtur ipsi actione personali ex cõtractu locationis nec etiã cõueniri possent tali actione. Nec obst. etiã si dicat̃ q̃ sit ꝓbata intentio agentiũ in possessorio, eo quia author q locauit possidebat p dictũ Arnoldũ, sicut dñs p colonum, iuxta.l.q vniuersis.§.qđ per colonũ.ff.de acq.pos.cũ si.⁊ sic dꝫ dictũ instr̃m ꝓbare posse cõtra cõductorẽ seu ꝯ veniẽtem ex psona ꝯductoris, p ea que voluñ dñi de Rota in suis antiqs decisionib⁹.cõclusione.cxiij.⁊ per id qđ habetur in.d.l.si quis

5 cõductiõis. † Sicut enĩ cõducẽs rẽ a se possessam videt̃ ꝑdere possessionẽ ꝑ talẽ cõductionẽ.l.qui bona.in pn̄.l.interdũ.§.fi.

ff.de acqui.pos.l.ei a quo.cũ ibi not.ff.de vsulca.ꝛ no.in.l.q rẽ.
C.loca.cũ si.ita videt̃ ꝙ locãs possessionem acquirat:qꝛ ad ista
respondeo ꝙ si ꝓbaret̃ ꝙ locatoꝛ apprehendisset possessionez
retinuisse,diceretur eam etiam naturalẽ per colonũ.l.peregre.
§.quib⁹.ꝛ.l.si colonus.ff.de acqui.pos.ꝛ etiã si appareret ꝙ co-
lonus soluisset pensionẽ probaretur possessio dominij per talẽ
actũ,vt notatur in.d.§.qð per colonũ.sed aliter per locationẽ
nõ probatur possessio neqꝫ dñium.c.inter dilectos.ad fi.preal-
legato.ꝛ ibi no.ꝛ dixi in cõsilio.Nec ꝯtrariũ dicũt dñi de Ro-
ta.ꝛ quicũqꝫ esset ꝙ in hoc aliter sentiret,cũ supportatione mi
nus bene diceret.cũ igitur non sit probatũ de actu aliquo infe
rẽte possessionẽ:illa simplex locatio hoc non probat.ꝛ † ad di-
ctã.l.si quis cõductionis.est respõsum supra:qꝛ loquit̃ qñ age-
retur ꝯtra cõductorẽ vel eius heredẽ actione personali seu cõ-
ditiõe ex illa.l.vt dixi.que actio personalis hic nõ est intẽtata
nec intẽtari potuisset:qꝛ rei cõuenti non sunt heredes Arnol.
ꝛ posito ꝙ habuissent aliquẽ titulũ ab eo,quẽ tñ nõ inuenio in
ꝓcessu,cũ personalis actio nõ datur ꝯtra singularẽ successorẽ.
l.j.§.si heres.ff.ad Treb.ꝛ.l.fi.§.fi.ff.de cõtrahen.emp.Nec etiã
ob.id qð habetur in.l.ex qua persona.ff.de reg.iur.qꝛ loquitur
qñ quis hꝫ causam lucratiuã ab aliquo ꝛ ex eius persona vult
agere.nã nõ potest venire ꝯtra factũ illius ex cui⁹ ꝑsona agit.
secus si non pretendit titulũ lucratiuũ.l.apud celsum.§.de au-
thoris.ꝛ.§.si causa legitima.ff.de doli excep.sed isti de Sorbo
lis nõ agũt ex persona Arnoldi,imo ꝯueniũtur tanq̃ posses-
sores:quo casu verũ est dicere ꝙ actio personalis que potuis-
set cõpetere cõtra Arnoldũ nõ datur ꝯtra istos de Sorbolis
q non sunt heredes Arnoldi.l.cũ que.C.de act.ꝛ obl.ꝛ p Bar.
plene in.l.si filius.§.si quis prius.de aqua plu.arcen.ꝛ per hoc
etiã patet non obstare id ꝙ habetur in.l.his.§.non debeo.ꝛ in
l.qui in ius.ff.de reg.iu.qꝛ ꝓcedunt in eo qui vellet vti iure seu
titulo actoris sui.alias secus.l.an victũ.in prin c.ꝛ ibi no.ff.de
diuer.ꝛ temp.prescri.ꝛ.d.§.si prius.Preterea Arnoldus non
est authoꝛ de Sorbolis.Nec obstat etiã si dicatur,ꝙ ꝓbat tp̃s
vetustissimũ debeant ꝓbare instrumenta dictorũ agẽtium vbi
alias non probarẽt,per ea que no.habentur in.l.qui aliena.in
prin.ff.de acqui.hered.ꝛ.l.si filius.ff.de peti.hered.ꝛ per no.in
c.cũ olim.de cẽsi.ꝛ in.c.si Papa.de priui.in.vj.cum si. † Qꝛ re-
spondeo qð qñ queritur de presumẽda solẽnitate aliqua:tũc si
interuenerit longa possessio,ꝛ patientia diuturna illius cuius
ꝯsensus pro solẽnitate requirebat̃:presumitur qð interuenerit
titulus solennis.ita loquitur illud qð habetur in.d.l.si filius.ꝛ
dicta.l.qui in aliena.ꝛ plene no.Bar.in sua disputatione,inci-
piente,quedã mulier habẽs magnum patrimoniũ.ad finẽ.vbi
a etiã plus dicit qð illud ꝓcedit qñ agit̃ de modico[a] preiudicio,
alias secus,per.l.nullo.cũ si.C.de rei vendi.igitur nõ sumus in
casu:qꝛ hic nõ apparet de possessione agentiũ cũ scientia ꝛ pa-
tientia aduersariorũ,ꝛ agitur de magno preiudicio.Nõ ob.id
8 qð no.in.d.c.cũ olim.ꝛ in.d.c.si Papa. † Quia respõdeo ꝙ qñ
sunt plura instrumẽta antiqua faciẽtia enunciatiue mẽtionem
in qua diocesi sunt talia bona:ꝓbãt talia bona esse inter fines
illius diocesis:quia in causa finium sufficiũt probationes per
presumptiones:ꝛ ꝙ in antiquis plura instrumẽta antiqua ita
affirmãt ꝛ enũciant,per ea que habẽtur in.l.in finalib⁹.ff.fini.
reg.ꝛ in c.cũ causam.de proba.ꝛ ita declarant Bal.ꝛ Salyc.in
l.cũ aliquis.C.de iure delib.ꝛ Anto.de but.in.c.fi.de succes.ab
intest.Sed in proposito nostro non agitur seu non queritur in
quo territorio petia terre predicte sit posita.Itẽ ad probãduz
ratione confiniũ ꝙ ista petia terre spectaret ad illos de Riche
tis,non ꝓducitur nisi vnum instrumentũ vẽditionis facte per
illos de Dragonis de anno Mcccclxix.ꝛ nõ est instrumentũ
antiquum. ¶ Nec etiam apparet qð ista petia terre que ibi da-
tur pro cõfine sit illa de qua est sing.questio:nec etiam in dicto
instrumento specificat̃ ad quẽ de Richetis spectaret.nec etiã
instrumẽtum locationis predicte tendit ad istud propositum:
quinimo illud instrumentum non dicitur antiquum: quia in
ista materia vt propter antiquitatem stetur probationi, que
alias redderetur imperfecta,requiritur quod sit instrumentuz
factũ tali tempore a quo distemus per cẽtum annos:quia illa
est longeua vita hominis.l.an vsusfructus.ff.de vsufru.l.fina.
de sacrosan.eccle. ¶ Et ita in proposito dicit Innocen.in.c.ve
niens.ꝛ in.c.quid per nouale.de verborum signifi.ꝛ Specu.in
titu.de proba.§.probare.ver.ꝛ no.qð prescrip.ꝛ Angel.in.l.at
qui natura.§.cum me absente.ff.de neg.gest.ꝛ in.l.penul.ff.de
condi.insti.ꝛ in.l.Titius.ff.quibus modis pig.vel hyp.sol.ꝛ
in.l.proprietatis.C.de probatio.ꝛ ibi per Bald.ꝛ Saly.ꝛ not.
Jo.de imo.in.c.veniens.el.j.de testibus.ꝛ in.l.ij.§.idem labeo.
ff.de aqua plu.arcen.Ex quibus patet esse respõsum ad omnia
que in contrarium adducuntur.reliqua suppleat prestãtia do-
mini iudicantis.

a ¶ Modico.j.lib.v.consi.v.

b ¶ Sinibaldũ.filios Hieronymi substituti,huic ꝯsilio subscripsit ali⁹ vt habet̃ infra lib.iiij.ꝯs.xiiij.ꝛ vtriqꝫ subscripsit Sozi.ꝯsi.cxiij.lib.j.

c ¶ Successiuo. vide late Cep.causa ciui. cõsi.lij. Ant.rub.in.l.gallus.§.qdã recte.char.vj.de libe.ꝛ post.ad de Cor.ꝯs.ccxxxj.ꝯsi.cclxiij.col.ij.li.j.ꝯsi.cc.lib.ij.cõsil.cccxxj.lib.iij. cõsi.xvij.cõsi. xlvij.lib.iiij.Pau.ꝯsi.clix.cõsi.ccclxx.consil.cccclv.libr.ij. deci.ꝯsi.ccv.ꝯsi.ccxxxvj.ꝯsi.ccliij.ꝯs.ccxci.ꝯsi.ccxlvij.cõs.cccxx.ꝯsi.ccclxxxiij.Pau.ꝯsi. clix.cõsi.ccclxx.consil.cccclv.lib. ij.vide j.eo.consi.xxiiij.

Epitome.

¶ Testatoꝛ instituit filios ꝛ filias suas.Et si oẽs decederẽt si-
ne filijs,substituit Hieronymũ nepotẽ ex fratre eiusqꝫ filios ꝛ
nepotes:ꝛ si Hieronymus eiusqꝫ filij ꝛ nepotes decederet sine
filijs,voluit oĩa bona sua integre peruenire ad hospitale,ꝙ eo
casu heredem sibi instituit.Testatoꝛ decessit relictis duabus fi
liabus que postea decesserunt relicto.do.Hieronymo,qui tunc
erat impubes.nouissime decessit Hieronymus relictis Joã.ꝛ
Sinibaldo filijs suis ꝛ nepotibus ex dicto Jo.qui vendicant
bona testatoris tanq̃ substituti.Rñ.Alex.ꝙ nullũ habẽt ius
ex testamẽto,sꝫ dicta bona spectãt ad veniẽtes ab intestato cũ
onere fideicõmissi erga hospitale post mortẽ ꝛ defectũ omniũ
liberorũ.d.Hieronymi.ratio est:qꝛ dicti filij non fuerunt sub-
stituti.d.Hieronymo patri suo nisi vulgariter.que substitutio
non potest in eis verificari:quia non erant concepti tempore
mortis ꝛ defectus filiarum testatoris.h.d.

Consilium.XIII.

Visis ꝛ perlectis verbis te-
sta-
menti dicti Bal.Andree fallentij ꝛ ijs q̃ in themа-
te narrantur,ꝛ allegatis per eximiũ aduocatum he
redũ dñi Luce,videret̃ fortasse dicendũ dictos Joannem ꝛ Si
b nibaldum[b] iuste agere posse ex substitutione ꝑdicta. † Primo:
1 qꝛ siue teneamus ꝙ per dictã vltimã substitutionẽ per quã sub
cõditione,si omnes filij ꝛ filie decederẽt sine filijs,testatoꝛ sub-
stituit dictũ Hieronymũ suũ nepotẽ ꝛ fratre ꝛ ipsius Hiero-
c nymi filios ꝛ nepotes,videãtur ordine successiuo[c] vocati pri-
mo dictus Hieronymus,ꝛ eo deficiẽte seu extante filij Hiero
nymi:ꝛ illis nõ extãtibus seu deficiẽtibus nepotes ipsius Hie
ronymi,vt videtur voluisse Bar.in.l.gallus.§.quidã.ff.de lib.
ꝛ posthu.vbi ad hoc subtiliter est conatus inducere.l.in gene-
rali.in prin.C.de insti.ꝛ substi.sub conditione factis.ꝛ tunc di-
cti Joannes ꝛ Sinibaldus habent intẽtũ,qꝛ cũ defecerit Hie-
ronymus ipsi debent intelligi post mortem Hieronymi fuisse
substituti ꝛ vocati per fideicõmissum si Hieronymus fuit he-
res:vel si Hieronymus non fuisset heres,intelligerent̃ vocati
2 substituti vulgariter: † qꝛ in substitutione cõpendiosa q̃ intelli
gitur facta ipsi Hieronymo de filijs dicti Hieronymi ꝯprehẽ
duntur due substitutiones:vna scꝫ fideicõmissaria,in casu quo
Hieronymus heres esset.l.precibus.C.de impub.ꝛ alijs substi.
ꝛ.c.Raynutius.de testa.alia scilicet vulgaris,in casu quo Hie
ronymus nõ esset heres:vt plene notãt Cy.Ray.Bal.ꝛ Sal.
in.d.l.precibus.ꝛ Bar.in.l.cẽturio.ff.de vulg.ꝛ pup.dñ querũt
an in cõpendiosa cõprehendat̃ substitutio vulgari.ꝛ declarat
etiã in ꝓposito Bar.in.l.quãdiu.la vltima.ff.de acqui.here.ꝛ si
sic habẽt intentũ dicti Joannes ꝛ Sinibaldus,siue etiã tenea-
mus opi.aliorum qui tenuerũt ꝙ per dictã dispositionẽ in qua
vocant̃ Hieronymus ꝛ eius filij ꝛ nepotes,intelligãtur voca-
ti oẽs nõ aũt ordine succcessiuo:qꝛ ita se hꝫ natura copule seu
cõiũctionis.l.duob⁹.ff.de leg.j.l.vnica.§.his ita.C.de Vad.tol.
ꝛ videt̃ in ꝓposito tex.expressus in.c.Raynutius.ꝛ in.c.Ray
naldus.de testa.ꝛ firmant istam opi.Bal.Ange.ꝛ Jo.de imo.
Raph.cu.ꝛ Pau.de ca.in.d.§.quidã recte.ꝛ Bal.in.l.si quis
heres institutus.§.fi.ff.de acqui.her.ꝛ in.l.si mulieri.in prin.ff.
de vsufr.accre.ꝛ in.l.fi.ad fi.C.de instit.ꝛ substi.ꝛ adhuc viden-
tur dicti Joannes ꝛ Sinibaldus ac etiã nepotes Hieronymi
nati ex dicto Joãne habere intẽtũ saltẽ pro partib⁹ eorũ,cum
3 videant̃ equaliter vocati cũ.d.Hieronymo. † Preterea ex alia
parte dicti testamenti videñt etiam vocati filij ꝛ nepotes dicti
Hieronymi.s.dñ testãtoꝛ disposuit ꝙ si dict⁹ Hieronym⁹ ꝛ ipsi⁹
Hieronymi filij ꝛ nepotes ex filio vel filijs ipsius Hieronymi
oẽs decesserint,vt predicit̃,sine filijs predictis:voluit ꝙ omnia
bona sua integre ꝛ sine detractione trebellianice deueniant ad
hospitale de Eugubio.ꝛ rogauit dictũ Hieronymum vt dicta
bona ꝛ hereditatẽ reddat dicto hospitali.ꝛ instituit sibi dictuz
hospitale heredẽ in casu predicto disponendo ꝙ oĩa bona sua
post mortẽ oĩm suoꝝ heredũ institutoꝝ ꝛ substitutoꝝ ad dictũ
hospitale deueniant,ꝛ sic testatoꝛ videt̃ ꝓtulisse dicto hospita-
li filios ꝛ nepotes Hieronymi,ꝛ ꝯñr vr̃ eos vocasse ad hr̃dita
tem.l.lucius.la vltima.ff.de hered.insti,ꝛ arg.l.seruo legato.§.
si testatoꝛ.cũ si.ff.de leg.j.ꝛ saltẽ cũ videat̃ grauamen iniũctum
filio vel nepoti Hieronymi vltimo decedẽti.l.codicillis.i pñc.
ff.de vsufr.leg.ꝛ per no.gl.ꝛ Bart.in.l.qui duos.in fi.ff.de vul.
ꝛ pup.sequitur qð si videntur grauati:ergo intelligantur vo-
cati.l.deniqꝫ.§.interdum.ff.de pecu.lega.ꝛ per not.in.l.alio.in
prin.ff.

in prin.ff.de ali.& cib.leg.& expressius no.Bar.in.d.l.centurio. in ver.quero ulteri⁹ quid si testator dixit si filii⁹ meus decesse-
4 rit sine filiis vel eorũ filii &c. ¶†Sed premissis nõ obstãtibus contrariã sniam in casu de quo querit puto veriorẽ maxime ex infrascriptis. Nam presupponitur qd nec tpe testamenti dicti Bal.nec tpe mortis eius nec etiã tpe mortis descẽdentiũ dicti Bald.scilicet tpe mortis Mariotte,nec Piere,nec aliquo dictorũ tẽporum nati aut cõcepti erãt dicti Joannes & Sinibaldus.sed lõge post tẽpus mortis Mariotte & Piere:& sic post tps euenictis cõditionis substitutionis facte dicte Mariotte & Piere filiab⁹ dicti Bal.cõcepti & nati fuerunt dicti Joãnes & Sinibal.vt in themate presupponitur.ergo ipsi nõ comprehenduntur in dicta substitutione in qua dictũ fuit q si omnes supradicti & filie testatoris decederent sine liberis substituebat eis & cuilibet eorũ dictũ Hieronymũ & ipsi⁹ Hieronymi filios & nepotes:qr in tali substitutiõe intelligunt vocati filii Hieronymi qui essent in rerũ natura tpe quo eueniret conditio dicte substitutionis.hoc decidit no.Jo.and.in addi.Spe.tit.de testa.in rub.circa tertiã colũ.in versi.itẽ Lãbertus de rampo.&c. vbi refert qd Lãbertus de rampo.in sua qõne incipiẽte,quidã meuius terminauit plura dubia.primum erat an valeret talis substitutio:Petro filio meo heredi vniuersaliter a me istituto substituo vnũ ex filiis Titii alterius filii mei quẽ ipse Petrus heres meus elegerit vel nominauerit.Scdm erat dubiũ:quid si dictus Petrus heres nullũ elegisset vel nominasset:an oẽs equaliter succedant:& an ex testõ vel ab intestato.Ultimũ erat an veniat filius natus ex dicto Titio post mortẽ dicti Petri cui facta erat substitutio.& istud vltimũ est illud q in specie attingit casum nostrũ.Et circa primũ dubiũ cõcludit post dictũ Lambertinũ de Rãpo.valere dictã substitutionẽ,per.l.cũ pater.§.hereditatẽ.el.j.ff.de lega.ii.&.l.ex facto.§.si qs rogatus.el ii.ff.ad Treb.Quo ad scdm dubiũ rñdet q si dictus Petrus heres neminem elegisset vel nominasset veniunt oẽs filii dicti Titii,per.l.si titio aut meuio.&.l.cũ quidã.la.ii.in prin.&.l.vnũ ex familia.in princ.&.§.rogo.ff.de leg.ii.Quo ad vltimũ rñdet q nõ veniũt filii nati post mortẽ dicti Petri heredis:quia nõ
a erãt in rerũ natura[a] qñ substitutio sibi locũ vẽdicauit:quinimo habent pro non scriptis,alleg.l.vnicã.§.&cũ triplici.C.de cad. tol.&.d.l.cũ pater.§.hereditatẽ.el.j.in fin.ibi,viriles autem &c.
5 de leg.ii.& ista decisio videt determinare casum nostrũ.†Fortificatur predicta:qr dictus Hieronymus ac filii & nepotes eius sunt in vna & eadẽ oratione & substitutiõe vocati.Unde debet intelligi qd pariter & vniformiter debeant vocari saltẽ in casu nostro in quo dicta dispositio substitutionis facta de Hieronymo filiis & nepotibus suis fuit voluntaria absq eo qd ex dispositione iuris testator ad id teneret.l.iam hoc iure.&.l.luci⁹.ff.de vulg.& pupil.&.l.in testamẽto.C.de test.mili.sed si diceremus q cõprehẽderent filii nascituri post euẽtũ cõditionis nõ esset verũ dicere q pariter vocarẽtur:imo Hieronymus qñq haberet totũ,qñq partẽ vnã,qñq aliã,secundum q successiue
6 nascerent,vt de se pz.†Preterea aut nos dicim⁹ qd in dicta substitutiõe facta de Hieronymo & eius filiis & nepotibus intelligant vocati filii & nepotes ordine successiuo.& dicendũ est qd cũ dictus Hieronymus esset in rerũ natura tpe quo Mariotta & Piera decesserint sine liberis,& sic tpe euẽt⁹ cõditionis substõnis,& agnouerit Hieronym⁹ hereditatẽ ex substitutione predicta:sequitur q dicta substitutio expirauit in personã filiorũ & nepotũ Hieronymi quaten⁹ diceremus filios & nepotes Hieronymi esse substitutos filiis seu filiab⁹ dicti Baldi testatoris:qr substitutio in persona primi substituti locum hz,ideo cessat in persona secũdi vel alteri⁹ sequẽtis.l.cũ i testõ. in prin.ff.de hered.insti.l.si mater.§.j.ff.de vulg.& pupil.&.d.l. quãdiu.lulti.post princip.& si diceret:dato q filii Hieronymi nõ possint venire ex quadam alia substõne q̃ de eis facta videt dicto Hieronymo,cũ videant ordine successiuo vocati sz opi.
7 Bar.in.d.§.quidã recte.†Rñdeo qd nõ possunt venire ex tali substõne:qr cũ in illa tali substõne ex qua filii dicti Hieronymi videntur fuisse substituti nõ sint adiecte dicte dictiones denotãtes tractũ tpis:qr nõ fuit dictũ quicunq decesserit Hieronymus,vel post mortem Hieronymi veniãt filii eius:ideo talis substõ qr filii Hieronymi videntur substituti ipsi Hieronymo
b cẽset quo ad ipsum Hieronymũ esse tantũ vulgaris[b] substitutio:& sic expirauit per aduentũ Hieronymi.l.post aditã.C.de impub.& aliis.nõ autẽ est cõpendiosa vel fideicõmissaria,sicut quando testator dicit,filiũ instituo:& ei titiũ substituo.nam qr talis substõ est facta simplr & sine dictione importante tractuz tpis,cõtinet vulgarẽ tñ.l.iã hoc iure.in verbo,in vulgarẽ tantũmodo.ff.de vulg.& pup.& pbatur ex no.per gl.magnã.in.d. §.quidã recte.ibi dũ dixit,vel sic filiũ &c.& ibi Bar.& not.Bart. in.d.l.cẽturio.post mediũ.dum tractat an cõpendiosa cõtineat vulgarẽ.in ver.secũdo oppono ad predicta &c.& in.l.lucius.i. vlti.q.eodem tit.& in repetitione.l.si arrogator.ad fi.de adopt. & sequuntur cõmuniter doc.in dictis locis.& qd in pposito nostro per dicta verba instituo,vel substituo fratrem meũ & eius filios intelligantur vocati filii fratris dũtaxat in casu quo frater non sit heres:non autem in casu quo sit heres & postea decedat substitutis filiis tenuit expresse Rapha.cu.in.d.§.quidam recte.circa finem.& probatur per proxime habita.pro quo etiã facit id qd not.in.l.liberorum.ff.de verbo.signi.in penul.col.in ver.quero quid si in aliqua dispositione sit mentio de filiis &c. & ita tenui legendo.d.§.quidam recte.respondendo ad ea que in contrarium vidẽtur adduci posse vt facile colligitur ex iam dictis.& quãuis ex superius allegatis patere possit respõsio ad ea que pro parte dictorum Joãnis & Sinibaldi allegata sunt:
8 tamen specialius respondeo.†& primo non obstat qd sine filii & nepotes Hieronymi intelligantur vocati ordine successiuo, vt tenet Bar.in dicto.§.quidam recte.habent in totum intentionem suã dicti filii & nepotes,siue intelligantur vocati equaliter cũ dicto Hieronymo,vt tenent alii docto.in dicto.§.quidam recte.cum concordan.s.allegatis.& adhuc dicti filii nepotes dicti Hieronymi saltem pro suis ratis & partibus habeãt intentum:qr respondeo qd vera & magis communis & approbata conclusio est q non intelligãtur vocati ordine successiuo attento q Hieronymus & eius filii & nepotes non erãt de descendentibus testatoris ab eo de necessitate vocandis seu instituendis pro conseruatione sui testamenti.ita probatur per rationes & iura supra allegata.& maxime per text.in.d.c.Raynutius.& in dicto.c.Raynaldus.Et ita sepenumero cõsului & legendo tenui.& non obstat.d.l.generaliter.in princi.que in contrarium allegatur,vbi disiunctiua fauore liberorum resoluitur in coniunctam.& ita in casu nostro debeat coniuncta resolui in disiunctam eadem ratione:qr respondetur scdm Jo.de Imol. in.d.§.quidã recte.qd imo in.d.l.generaliter.resoluitur disiuncta in coniunctam:ne extranei succederẽt qui alias succederẽt exclusis liberis & descendentibus:quod nõ est verisimile testatorem voluisse.l.cum acutissimi.C.de fideicõmis.que ratio cessat in casu nostro in quo filii & nepotes sunt instituti.Uel possumus respondere qd in casu nostro non agitur de fauore liberorum & descendẽtiũ testatoris,prout in.l.generaliter.qr Hieronymus & eius filii non erant de descẽdentibus testatoris,cũ igitur intelligantur vocati pariter Hieronymus & eius filii & nepotes,intelligitur de illis filiis & nepotib⁹ qui existẽt tempore quo euenit cõditio substitutiõis facte dictis filiabus testatoris,vt pbaui superius per ea que not.Jo.and.i.d.rubri-
9 ca de testa.& per alia superius adducta.† Scdo respondeo q[b] etiam posito qd intelligerẽtur ad substitutionẽ vocati Hieronymus & filii ordine successiuo:tñ eo ipso q Hieronymus decessit expirauit substitutio in persona filiorũ & nepotũ:eo quia intelligũtur filii Hieronymi vulgariter substituti Hieronymo nõ per fideicõmissum,vt probaui.s.& in specie tenet Rapha.cuma.in.d.§.quidã recte. non ob.etiã qd ex vltima parte testamẽti & in ver.& si dictus Hieronymus & ipsius Hieronymi filii &c.vidẽatur vocati filii dicti Hieronymi ad hereditatẽ per.l.lucius.ff.de here.insti.& per not.per Bar.in.d.l.cẽturio.
10 † quia respõdeo qd imo cum fuerint dicti filii Hieronymi in ea parte testamenti vocati per modum cõditionis nõ intelligãtur per illam partẽ testamẽti vocati ad hereditatẽ.l.ex facto etiam.ff.de hered.insti.&.l.si sub cõditione.ff.si quis omis. causa testa.probatur etiã per.l.si quis ita heres instituat si legitimus.ff.de here.insti.cum gl.vbi per illa verba conditionalia,si legitimus hereditatẽ meaz vẽdicare noluerint titius heres esto.nõ videtur legitimus heres vocatus ex testamẽto.& probatur etiam per.l.potest quis.iuncta.l.sequẽti.ff.de vul.& pup.vbi si testator plures habẽs filios impuberes institutos disposuerit in testamẽto q si aliquis eorũ decedat vltimo superstite,& tali vltimo postea decedenti substituit Titiuz:certe per illã dispositionem seu per illa verba,si omnes decederẽt vltimo superstite,non videtur vltimũ superstitem substituere ceteris precedentibus seu ab intestato tãtũ videtur vocatus. Et ideo dicit Bal.ibi qd videtur ibi casus expressus pro opiniõe ista quã etiã tenet gl.in.d.l.lucius.quã approbat Jaco. de are.Cy.Ray.Frãc.tigri.Nico.de neapo.Bal.Ange.Jo. de imo.& Raph.cuma.in.d.l.luci⁹.& Jo.and.in addi.Specu. in ti.de testa.§.j.in versi.j.huic questioni accedit bimẽbris &c. & Bar.in.l.si cum dotẽ.in prin.ff.so.mat.Et ita cõsuluit Old. in consi.cxli.incip.thema tale est,dñs canonicus &c.ad finem consilii.& Bald.in.l.quod scitis.in pe.col.C.de bon.que libe.& in.l.cũctos populos.C.de summa trini.in.xv.col.in ver.venio ad scdm &c.& in.l.cum acutissimi.preallega.& in.l.si emancipati.in.viii.oppo.C.de colla.& Raph.in.l.filiusfamilias.§.cum

a ¶Natura.idẽ ro.cõsil.ccccxxxviii.in cã.versicul.quo ad quartũ.Pau.cõsi. xvi.col.iii.libr.ii. Sozi.cõs.cxiii.li.i. Bertran.cõsi.xx. col.ix.nu.xxxvii. lib.i.

b ¶Uulgaris.id: z Are.soz.d.§.qd: z recte.colũ.iiii.vbi dicit se subscripsisse huic cõsi. ptz apud Sozin. consi.cxiii.lib.j.

ratrem meum ⁊ filios eius filijs meis institutis decedentibus
sine liberis.tunc qꝛ indefinite vocati sunt oēs filij,nec testatoꝛ
sensit de certis:satis est equum qꝺ intelligātur vocati oꝛdīe suc
cessiuo.arg.l.lucius.de here.insti.⁊.l.titio seia.§.seia.de lega.ij.
scdm Bal.notabiliter in dicto consi. ¶ Quinta cōclusio qꝺ li
cet testatoꝛ suis filijs institutis decedentibus sine liberis tā na
tis quā nasciturís substituerit eis nepotē ex fratre ⁊ ipsi⁹ nepo
tis filios,videatur eos cōiunctim ⁊ simul īuitasse,vt.d.c.raynu
tius ⁊ raynald⁹.⁊.d.l.si mulieri.⁊.d.l.si quis titio.tñ ex conie
ctura lōge magis quam in precedēti casu puto ipsos īuitatos
oꝛdine successiuo:qꝛ nō erat verisimile testatoꝛē voluisse simul
vocari ⁊ concurrere cum illo scdo filios ⁊ nepotes testatori cō
iunctos,sed magis successiuo oꝛdine,pꝛesertim in casu nostro
in quo Hieronymus substitutis tpe testamenti ⁊ moꝛtis testa
toꝛis erat impubes.vñ testatoꝛ non potuit sentire de certis fi
lijs aut nepotibus dicti Hiero.cū tūc nō haberet vxoꝛē nec fi
lios,⁊ oꝛtus filioꝛū ⁊ nepotū requirēt longum interuallū tpis
⁊ qꝛ satis puto in casu nostro qꝺ sint inuitati oꝛdīe successiuo,
scȝ pꝛimo Hieronymus,secundo filij,tertio nepotes,⁊ puto il
lud posse firmari ꝓ concepti post moꝛtē dicti testatoꝛis nō vi
deātur successiuo oꝛdine p̄dicto vocati cū alijs pꝛi⁹ natis.arg.
eoꝛū que.s.dixi in quinto articulo ⁊ in alijs septē fundamētis
inferētibus qꝺ tantuȝ de natis saltē tēpoꝛe moꝛtis testatoꝛis,
⁊ arg.eoꝛū que.j.dicā.⁊ posito qꝺ in casu nostro attentis circū
stantijs maxime tenere etatis dicti Hiero.esset duplex cōiectu
ra testatoꝛē sensisse de filijs ⁊ nepotib⁹ nasciturís post moꝛteȝ
ipsius testatoꝛis † illud puto habendum pꝛo expedito qꝺ si tē
poꝛe moꝛtis filioꝛū ⁊ filiarū testatoꝛis quib⁹ est facta substitu
tio dicti filij Hieronymi nō extabāt quin disiuncti vel nō nati
ad hoc fideicōmissum non cēseantur inuitati:cum substitutio
quo ad eos sit aut pꝛo non scripta,aut in causa caduci,per iura
⁊ allegationes a legaca.s.in quarto fundamento,⁊ sequētib⁹
vbi omnino videndū. ¶ Sed foꝛtassis aliquis dicet:lȝ dicti
filij Hieronymi non essent nati tpe cedentis fideicōmissi.i.tpe
moꝛtis heredum quibus substitutio facta est,illud nō obesset:
qꝛ ille doctrine videntur locū habere qñ pariter cū Hieron.di
cti filij ad fideicōmissum admitti debuissent.quo casu vt simul
admittantur necesse est qꝺ tunc sint in rerū natura.⁊ ita loquū
tur illa iura in illo quarto fundamēto ⁊ sequētibus.nos auteȝ
videmur esse in casu in quo videtur sufficere quod nati sint ⁊ su
persint tpe quo fideicommissuȝ deficit in persona Hieronymi
pꝛimo nominati,⁊ pꝛius inuitati:vt sic de fideicōmissi virtute
quo ad Hieronymū,aut qꝛ nō potuerit,aut quia voluerit,aut
aliter defecerit satis sit ei⁹ Hieronymi filios esse tūc supstites
qñ defecerit fideicōmissi dies cessisse creditur quo ad eos.⁊ tpe
2 ris est †ꝙ ad hoc vt nouissimū aut nouū statutū corrigat antiquū, seu noua lex corrigat priorē, opus est qđ illam corrigat specialiter. tex. est melior de corpore iuris in. l. fi. C. de indi. vidui. in ver. ne tamē quedā ambiguitas simplices animos moueat, etiā expressim sancimus legē viscelliā, ⁊ senatuscōsu. quē a tex. ad hoc reputat sing. Ludo. Ro. in cōmē. aut. similiter. C. ad legē fal. prope finē. faciat. l. si quis in prin. testa. ff. de leg. iij. ⁊ adduco ad hoc text. in cle. cōstitutionē. de elect. ⁊ ibi colligit do. Ant. quē ibi refert Io. de Imo. qđ vbi requirit fieri expressam mentionē alicuius actus, nō sufficit qđ fiat mētio generalibus verbis. Adduco gl. in. c. inq̄sitoris. de here. lib. vj. que voluit qđ vbi debet fieri mētio expressa alicuius actus ad fauorē alicuius, d3 fieri verbis specificis, nec sufficiūt verba generalia. ¶ Et adduco gl. in cle. j. de iudi. in verbo spāliter. que dicit qđ qñ aliquid d3 fieri verbis specialibus, non sufficit qđ fiat verbis gn̄alibus. Ita tenet Ioā. And. in. c. j. de rescrip. lib. vj. faciat. l. si qñ. §. ⁊ generaliter. in verbo specialiter. C. de inoffi. testa. per quē text. dixit multū elegāter Guil. de cu. quē sequitur Bal. ⁊ Salice. ibi, ꝙ si filiꝰ dicat se cōtentū de relictis sibi a patre pro omni eo qđ debet in bonis paternis, qđ nō ꝓpter hoc videt renūciasse iuri petēdi supplemētū legitime: mouent per illū tex. vtentē illo vbo, specialiter. ⁊ voluit Ange. ⁊ Bal. in. l. b de his. ff. de transac. Et adduco tex. valde sing. in. l. fi. §. omnē autē. C. de admi. tut. ⁊ ibi Bar. dicentē se fecisse cassari infini

3 ta instrumēta tutele: q2 tex. †ibi requirit ꝙ tutor specialiter permittat agere vtilia, ⁊ pretermittere inutilia, qđ si nō est expressum hoc specialiter nō est satisfactū illi legi. sequit ibi Bal. et Ang. Et adduco qđ pulchre voluit Bal. in. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excu. tut. vbi dixit, quidā appellauit generaliter ab omnibꝰ grauaminibꝰ ꝙ nō potest ꝓsequi, nisi illa in quibꝰ non erāt elapsi decē dies ad appellandū. Et qđ voluit Ange. in. l. si sic. ff. de lega. j. ⁊ in. l. quicqđ astringēde. ff. de verb. obli. ⁊ in. l. si quando. C. de bo. vacan. lib. x. Et adduco tex. in. c. ex de offi. deleg. vbi nō sufficit facere mentionē de primis literis generaliter sed opus est qđ fiat in specie. ¶ Quinimo plus di

4 xit tex. valde singu. in. c. ex literis. de do. ⁊ cōtu. †ꝙ si stat mentio specialis de literis in quibꝰ fit aliqua clausula elegās, ꝙ debet fieri mētio specialis de illa clausula, aliter nō est satisfactū illi iuri. Adduco glo. in. c. pastoralis. de except. que voluit nō sufficere dicere oppono talē exceptionē saluis mihi omnibus alijs cōpetētibꝰ exceptionibꝰ: sed debet specialiter exprimere illas, ⁊ adduco qđ habet in aut. de here. ⁊ fal. §. si vero expressim. per quē tex. dicit Ang. qđ si testator legat. x. que vult integre solui qđ non videt satisfactū illi iuri requirenti expressam mentionē ꝓhibitionis: ⁊ dicit esse casum in. d. l. si quis in pri. testa. ⁊ dicit qđ ibi lex mādat aliquid expresse fieri intelligat sing. l. fi. C. qđ cū eo. ⁊ per ista declaratur qđ voluit bar. i. l. j. ff. si quis in ius vo. nō ie. ⁊ in. l. j. ff. de vulg. ⁊ pupil. cū ergo vbi agit de correctione vnius statuti au legis prioris per. l. iuniorem. debet expresse fieri mentio de lege antiquiori vel statuto iuniori: vt probat in. d. l. fi. sequit qđ cū nō sit facta expressa mentio de illo statuto strazarie in statuto artis lane quod nō est illi derogatū: quia debuit expresse statutū artis lane facere mentionē de statuto strazarie ⁊ per cōsequēs deficit volūtas.

5 ¶ †Quod autē deficiat potestas, N. dicit quia licet artifices possint facere statuta inter se, ⁊ inter homines sue artis, vt videantur ꝯfirmata a iure cōmuni, ideo qđ nō est necesse qđ cōfirment, per. l. municipalē. iuncta. l. ij. C. de cōsti. pecu. ⁊ in auth. de fideiusso. §. penul. ⁊ in. l. fi. C. de iuris. om. iud. tñ potestas eorum est restricta: q2 nō possunt statuere inter illas ꝑsonas eis non subiectas, nisi subijciant se foro submittēdo se vel agēdo

¶ N. [...] s. eo. li lib. ij. cc fi. j. lib. v. xix. nu. v. senior con col. xxi. D tū oīa. de reg cōsil cxcviij. n Ias. cōs. xix. cc cōsil. cxix. in fi. l. iij. Fran. rip. de re uo. dona. rū. xviij. col. iij. tetigi in cōsue. parisi. §. v. nu. lxxiij.

¶ Duo. Bal. cōsil. cccxxvj. col. j. cōsil. ccccl vj. col. ij. li. j. Alexā. s. eo. libr. cōsi. lij. nu. xxx. Alber. brn. consil. xij. colū. ij. Sed ꝙ tria Bal. l. cū testamētum. C. de iuris et fac. igno. vbi addit sciētiā quā deci. Canonistarum more, cōfundit cū potētia in. c. cū super. in. iij. nota. de offi. deleg.

et possunt statuere aliquod iniustũ, nec possunt statuere cõtra ius publicũ ciuitatis, vt plene scribit Bald. in. d. l. iij. C. de cõsti. pecu. sed istud statutũ artis lane cõcernit homines alterius professionis: q2 in hoies alterius professionis nullã habent iurisdictionẽ. † & certũ est q̃ condere statuta est iurisdictionis, vt voluit glo. in. d. l. i. ff. de iurisdi. om. iudi. & Inno. in. c. cum accessissent. de cõsti. Bar. in. l. oẽs populi. ff. de iusti. & iure. probat in. l. nulli. C. de sen. & interlo. om. iudi. & in. c. a nobis. de sententia excõmu. & in. c. eccl. de cõsti. & in. c. ec. vt lit. penden. & in. c. vt animarũ periculis. de cõsti. li. vj. ergo si quis nõ habet iurisdictionẽ in personis vel in loco: nõ dicit habere potestatem cõdendi statuta ligãtia personas nõ subiectas sibi: nec loca subiecta sibi faciat. q̃ no. Jo. An. in. c. fi. de immu. eccl. lib. vj. cum ergo in proposito nostro massarij & cõgregatio artis lane nõ habeãt iurisdictionẽ in personas nõ subiectas sue iurisdictioni aut professioni: sequit necessario q̃ nõ potuerunt cõdere statutũ ad derogationẽ statuti strazarie. ¶ Quinimo plus dico q̃ nõ videt ex verbis generalib9 ipsius statuti artis lane derogasse statuto strazarie ex eo q2 illud nõ videãtur voluisse facere in genere, q̃ in specie nõ potuerũt. ita probat in. c. tue. de decimis. & ita decidit ibi Hostiẽ. & dñs Ant. ideo pulchre dicebat Bal. in. l. fi. §. in cõputatione. C. de iure delib. quod eo casu quo verba statuti sunt generalia non adeptant ad impossibilia ipsis statuẽtibus. & idẽ pulchre dixit in. c. cum

7 nõ ab homine. extra de iudi. † Statuto cauet q̃ custos ville teneatur capere malefactores quod non poterit capere clericũ malefactorẽ: q2 non videtur statutum comprehendere in genere illum quẽ in specie cõprehendere non potuit: & faciat q̃ voluit idẽ Bal. in. l. omnes populi. ff. de insti. & iur. alle. Bart. in. l. si quis sub conditione. ff. de condi. insti. idẽ voluit Bal. in l. fi. ff. de iuris. om. iu. & in. l. fi. C. de sacrosan. eccle. & probatur in c. nobis. de sen. excom. & ibi domi. Abb. & do. Ant. in. d. c. ecclesia. de consti. qui refert ita voluisse Jo. imo. in. d. c. vt animarum. idem Jo. And. in. c. eos. de immu. eccle. lib. vj. & d. Ant. in. c. cum clericis. de foro cõpe. & plene ibi do. Abb. & origina-

8 liter videtur fuisse dictũ Hosti. in. d. c. tua. ¶ † Licet ergo statutũ artis lane dicat nullius cuiuscunq3 status ordinis officij, vel cõditionis existat quoquomodo audeat vel presumat per se vel per aliũ &c. dico q̃ illa verba licet sint ita generalia, & videantur comprehendere homine alterius professionis: vt est glo. quã ad hoc reputo sing. in. l. promittendo. ff. de iu. do. que dicit quod illa verba cuiuscunq3 conditionis comprehẽdunt clericos & laicos, & ita videretur dicendum q̃ illa verba comprehendant homines diuerse professionis: quia ad hoc respondeo quod illa glo. procedit data potestate statuẽtis qui potest ligare homines diuerse professionis. sed vbicunq3 non datur potestas condentis dico quod illa verba non comprehendunt nisi subditos statuentis. ita probatur aperte in iuribus que superius allegaui. & plus dico q̃ illa glo. male loquitur si eam intelligamus q illa verba prolata a statuto laico: sit comprehendunt clericos, & laicos, & confunditur dictu3 eius per dictum. c. ecclesia. & alia iura preallegata. ideo debet intelligi dicta glo. quãdo illa verba exprimuntur ab eo qui habet potestatẽ statuendi supra clericos, & laicos, & adduco glo. singul. ad hoc in cle. j. de iudi. & sic ista verba ita pregnantia, & ita generalia includunt subditos artis lane. non autem comprehendunt non subditos: q2 non videtur q̃ per illa verba generalia voluerint cõprehendere eos qui nõ sunt sue iurisdictionis. & per consequens vera & indubitata conclusio est q in isto statuto artis lane deficiunt illa duo potissima principia actuũ humanorũ: q2 deficit potestas & voluntas: ergo &c. Quinimo plus dico quod si recte ponderet statutũ artis lane nullo modo derogat statuto strazarie, dicit enim, nullus audeat vel pre-

9 sumat. † nam natura & essentia huius verbi, presumat, [a] importat q quis non faciat actũ authoritate propria, sed authoritate superioris: istud probat tex. formalis in. c. decernimus. in verbo, presumat. de formulis. & in. c. decernimus. in verbo, presumat. de iudi. c. j. & c. monasteria. de vita & honesta. cleri. in. c. cum laici. de iu. pa. in. c. omnes. de peni. & remis. in cle. j. de priui. c. j. ne prelati vices suas. c. fi. de tẽpo. or. lib. vj. hoc voluit glo. in. c. decernimus. preallegat. hoc decidit tex. & glo. in. c. quãto. de cõsue. & dixi multũ luculenter in lect. mea in. d. c. decernimus. modo illum vigorẽ habet illud statutũ superioris, quem habet ipse superior. ita dixit Inno. in. d. c. j. de offic. delega. ita voluit Bal. in. l. falsus. C. de fur. vnde nõ dicit quis presumere qñ facit authoritate statuti: q2 nõ videt facere ꝓpria temeritate: ergo sequit q potuit quilibet subiectus arti strazarie cõducere pannos & vestes nouas vigore statuti artis strazarie. non enim videt sua temeritate cõducere, sed vi & authoritate ipsius statuti strazarie, vñ consideratis verbis & significato verborũ

a ¶ Presumat. Deci. Rep. c. ij. col. v. de iudicijs. Fely. c. iudei. in. fin. de testib. glo. in. c. j. ver. temerarius. & ibi Phi. Fran. de senten. excõmuni. in vi. Alcia. tract. de presum. par. ij. col. j.

ipsius statuti artis lane: nõ videtur preiudicare priori statuto strazarie. imputent ergo sibi statuentes in arte lane si imperite conceperũt verba sui statuti, debuerũt rectius & apertius loqui. ideo illi qui cõducunt pannos & vestes nouas vigore statuti strazarie, non dicunt audere vel presumere cõducere: quia non faciunt temeritate propria, vt dixit tex. in. c. literas. de restitu. spolia. in ver. propria temeritate. ergo sequit q nõ videt fecisse cõtra prefatũ statutũ is qui vigore statuti strazarie apportauit. aut cõduxit dictos pannos & vestes nouas maxime cum statutũ strazarie precesserit statutũ artis lane. si voluisset derogare illi statuto & tollere illud verisimile est q de illo fecisset mentionẽ expressam. argu. l. vnice. §. sin autẽ. C. de cadu. tollẽ. l. j. ff. si mens. fal. mo. di. & c. maiores. de baptismo. & c. ad audientiã. de deci. & sic ista statu. simul q nullus cõducat pannos aut vestes nouas: & tamẽ illi qui sunt de arte strazarie vel obediũt arti strazarie, nõ possunt apportare & cõducere dictos pãnos & vestes, prout dicit in dicto statuto strazarie. ¶ Preterea faciat: q2 nos debemus capere viam, q̃ posteriora statuta intelligantur vt nõ derogẽt prioribus. nisi expresse hoc appareat. ita probatur in. l. sed & posteriores. ff. de legi. & adduco quod voluit Guil. de cu. quẽ ibi refert & sequitur Barto. dixit

10 enim, † pone statutũ est in ciuitate q si furtũ est de nocte cõmissum emedetur per custodes loci. & postea statutũ factum est q si furtũ est factũ de nocte & nõ reperit fur, q emendet per omnes de ciuitate, qualiter vltimũ statutũ intelligat: quidam dicũt q corrigit primũ per vltimũ. arg. l. nõ est nouũ. ff. de leg. Guil. tenet ibi q vltimũ statutũ intelligat fm primũ: & q illa generalitas q emendet per oẽs de ciuitate, intelligat per oẽs i. custodes illius vicinie vbi factũ est furtũ. arg. d. l. sed & posteriores. cũ istud vltimũ statutũ sit generale: primũ sit speciale & speciei per genus nõ deroget, sed ecõtra sic. vt. l. alimẽta. §. basilice. ff. de ali. & ciba. leg. cũ si. ibi allega. per Bar. qui refert in hanc partem inclinare quosdã modernos, q̃ satis placet sibi. que decisio in terminis apponit gladiũ ad decisionẽ hui9 dubitationis. Cũ ergo in proposito nostro statutũ artis strazarie loquat in specie, & statutũ artis lane loquat in genere: ergo sequit q quodlibet statutũ seruabit in casu suo. ¶ Et adduco illud q̃ eleganter voluit Bar. in. l. quesitũ. §. fi. ff. de fun. instr.

11 in. iij. col. ver. hoc iudicio ad. q. de facto. † duo sunt statuta in ciuitate ista: dicit vnũ q omnes comitatẽses de qualibet porta teneant apportare frumentũ cõmuni q̃ cõmune habet in illa porta. Aliud statutũ erat spãle q comitatenses de castro fossati teneant portare frumentu3 q̃ cõe h3 in castro fossati, querit an illi de illa porta teneant adiuuare ad portandũ vigore primi statuti. decidit q nõ, siue illud statutũ speciale sequat videtur recessu3 a generali statuto: siue precedat speciale statutũ gñale, lequẽs refert ad personas expressas in spãli. cũ ergo statutũ artis strazarie loquat in specie: q2 dicit emere & cõducere de alieno territorio pãnos & vestes nouas. & etiã precedat, & sit antiquius: ergo sequit q limitat, & restringit gñale statutũ artis lane: sequẽs p statutũ strazarie, nec est curandũ etiã si statutũ artis lane ꝓcederet: ergo multo forti9 restringit, ex quo statutũ artis lane sequit. ¶ Et adduco ad predicta q̃ voluit Pet. de Anc. in. c. statutũ. §. cũ aũt. de rescrip. li. vj. vbi dicit q cũ vna. l. trahit ad aliã, iuxta. d. l. s3 & posteriores. vna limitat p aliã. nã cũ canon dicat nullũ extra ꝓuinciã esse trahendũ, vt. d. c. statutũ. §. cũ aũt. dicit trahi posse infra vnã dietam in casu illius. §. & in casibus exceptis in. j. §. illa ergo noua ꝓuisio q possit trahi extra vnã dietã, habet locũ ĩ casu quo locus intra vnã dietã sit extra prouinciã, quia vna lex trahit ad

12 aliã. & ponit etiã. d. Pe. q̃onem quã habuit in facto: † ducalis cõstitutio. d. Venetorũ que viget Triuisij, quia cauet q null9 forẽsis possit ibi acquirere possessiones immobiles. Aliud extat statutũ ibi Triuisij q bona & possessiones mulieris cõmittentis adulterium applicẽtur viro. Utrũ ergo forensis vxore triuisia ibi adulteriũ cõmittẽte possit petere eius bona, ita q a statuto prohibente forenses acquirere videant exceptis mariti forẽsẽs. & decidit q sic, ex eo, q2 vnũ gñale limitat p aliud statutũ speciale: q2 species derogat generi. l. sanctio legũ. ff. de pe. & loquit ibi do. Pe. eo casu quo loquit Bar. in. d. l. quesitu3. §. fi. qñ ꝓcedit statutũ gñale, & sequit postea statutũ speciale. & sic. d. Pe. in terminis cõsuluit in casu nr̃o: ergo statutũ artis lane restringit p statutũ strazarie. Et vlterius adduco q̃ pulchre voluit Bal. in. l. maximũ vitiũ. C. de li. p. vbi dixit in verbo, vlterius querit de tali q̃stione, lege municipali cauet q pater teneat relinquere filijs quintã partẽ bonorũ suorũ. Ite3 posteriori statuto cauet q testamẽtũ in quo nõ relinquit filijs integra legitima, sit ipso iure nullũ. Querit vtrũ dicta quinta dicatur integra legitima, an vero intelligat fm ius cõmune: q2 verba statuti debẽt intelligi ꝓprie, sed nõ dicit legitima ꝓprie

nisi

nisi ſm ius cõe.vt.l.ij.⁊.iij.ff.de pe.here. Itē statutū posterius equū tollit prius odiosum ⁊ iniquū:cū odiosa ⁊ iniqua de facili tollant:tū cōtrariū decidit qꝺ statutū reduxit legitimā ad quintā,qꝺ facere potuit:vt not.Cy.in.l.sancimus.C.de nup. Itē posteriꝰ statutū trahit ⁊ ad primū ⁊ ad priꝰ.⁊ ad hoc adducit dictā.l.sed ⁊ posteriores.⁊ ita dicit se in qō.facti ꝯsuluisse pro certo per hāc doctrinā Bal.posita est securis ad arborē: vt dicit Augu.dñicus de pꝺissimo Jesu Christo, vt habetur Matt.iij.ca.ergo sequit ꝙ posteriꝰ statutū restringit per primū. ¶ Accedat ad predicta qꝺ pulchre voluit Jo.an.in addi.Spec.in ti.de execu.sen.§.postremo.vbi q̄rit,vnū statutū dat certā formā sentētiandi.aliud dicit ꝙ snīe intra certū tēpꝰ mādent executioni nō ab alio statuto.vtrū snīa in qua cōstat formā primi statuti nō fuisse seruatā mādabit executioni:decidit Jo.an.post antiquos quos ipse ibi refert ꝙ si nō est clausula,non obstāte aliquo statuto non impedit vnū statutū per aliud limitari ⁊ restringi.hoc dictū refert ⁊ sequit do. Pe.de anch.in repe.c.canonū statuta.de cōsti.in.xiiij.q.princ.in ver. hoc etiā quero si vnū statutū. Et adducit qꝺ voluit Bart.in extrauagāti ad reprimē.in ver.nō obstātibus.⁊ alleg.simile ꝙ voluit Jo. An.in addi.Spe.in ti.de sen.⁊ his qui eū sequuntur.§.vt aūt.vbi querit statuto cauet,qꝺ cōtra minorē nō possit fieri preceptū sine certa solēnitate. alio statuto cauet ꝙ preceptū factū cōtra minorē mandet executioni, non ob. aliqua exceptione,vtrū preceptū factū cōtra minorē sine alia solēnitate mādabit executioni decidit ꝙ nō:qꝛ nullitas causata ex alio statu reddit preceptū nullū:qꝛ preceptū nō rite factū non dicit preceptū.l.nō putauit.§.nō queuis.ff.de cōtra. sicut em̄ vna lex limitat per aliā:vt dicta.l.sed ⁊ posteriores.ita vnū statutū limitatur per aliud.ita refert do. Pe.in.d.c.canonū.Et adducit etiā ibi qꝺ voluit Bal.in.l.j. C.ne li. in vna ⁊ ea.cau. tertio prouo.vbi querit si vno statuto cauet ꝙ snīa ferat de cōsilio Antianorū:alio statuto cauet qꝺ snīa statim executioni mandet,nā nisi appareat de prestatione cōsilij snīa nō mādabitur executioni.⁊ dicit ibi Bal.fuisse.q. Rof. disputatā per eū quē retulit Jo.an.in addi.prefata.Ecce nūc qualiter limitatur statutū gn̄ale per speciale.Et adduco qꝺ voluit Bar.in l.j.§.parui.ff.qꝺ vi aut clam.vbi dicit statuto cauetur ꝙ cōtra laudū vel instrumentū publicū nō possit opponi aliqua exce-

13 ptio,ꝙ † nihilominus poterit opponi omnis exceptio proueniens ex aliquo capitulo statutorū illius ciuitatis.arg. illiꝰ §.cū sua gl.⁊.l.pe.C.de adul.⁊ qꝛ non est verisimile,ꝙ per illa verba gn̄alia voluerit se corrigere.l.nam ad ea.ff.de cōdi.⁊ demon.multo ergo fortius nō presumit qꝺ ars lane per illa verba gn̄alia voluerit se corrigere.l.statutū artis strazarie qꝺ nul-

14 lo modo potuissent corrigere etiā si voluissent. ¶ † Adduco etiā qꝺ pulchre voluit do.⁊ cōsiculus meus Abb.in.c.gratū. de offi.deleg.in prin.vbi alleg.illū tex.ad hoc qꝺ si eodē volumine statutorū reperiunt duo statuta contraria:debet euitari correctio quantū pōt,⁊ reduci ad cōcordiā per subauditionē, alleg. l.sciēdū.ff.de acq. cog.cōiuncta aut.offerat.C.de lit.cōtest.alle.Bar.in extraua. ad reprimendū in ver. nō obstantibus.ita dicamus in ꝓposito nr̄o debemus capere viā vt vnū statutū nō corrigat aliud.faciat text.in.l.si serui.C.de noxa.⁊ gl.in aut.ex testō.C.de colla.q̄ voluit ꝙ per sensum subauditū debemꝰ excludere semꝑ correctionē.c.cām. de rescri.multo ergo fortius in casu nr̄o cū ars lane nō potuerit corrigere statutum artis strazarie.Et adduco ad predicta qꝺ pulchre voluit idē Abbas in suis cōsilijs cōsilio.cliiij.incipi.statuto edito ꝑ ipsum Lucanū.vbi cōsuluit in facti cōtingentia qꝺ statutum gn̄ale limitet per speciale. naꝫ statutū in casu illo loquebat de canonicis specialiter ⁊ primū statutū loquebat gn̄aliter:decidit qꝺ nō corrigit,qꝛ species derogat generi.l. sanctio legū.ff. de pe.alleg.Bar.in.d.l.q̄situ.de fun.instru.quē superius allegaui ⁊ in dubio dicit ita debere intelligi statuta, vt reducātur ad cōcordiā.allegat Bar.in.d.extra.in versi.nō obstantibus. dicit etiā qꝺ in vno ex illis statutis nō interuenit ꝯsensus aut consiliū capituli:ex quo pōt argui nullitas. Et plus dicit do. Abb.in prefato ꝯsilio in vlt.arg. ꝙ maxime ꝓcedit hoc si in arte strazarie cōiter fuit seruatū eorū statutū ⁊ saltē ex illo capite sustentet,ꝙ statutū artis lane nō fuit moribus vtētiū approbatū,vt habet.iiij.dist.§.leges.⁊ in.c.j.de treu.⁊ pa. ⁊ ideo

15 refert do.Car.in proe.cle.fuisse terminatū de facto.† eṗs Tudertinus fecit statutū excōicās mulieres portātes pānos, qꝺ statutū a nulla muliere fuit receptū.dubitabat an incidant in penā statuti seu cōstitutionis.refert Mat.dicere qꝺ nō per.c. in istis.iiij.dist.quod est bene no.ad istam dubitationē. Cum ergo ars strazarie fuerit semper vsa statuto sue artis nec recepit statutū illius artis lane, sequitur quod non videt ligata statuto artis lane tanꝙ nō fuerit vsibus vtentium receptum qꝺ est recitatione ⁊ auditu dignū quo ad decisionē huius bitationis.Et adduco etiā ad ꝑdicta ꝙ pulchre voluit B. in.l.oēs populi.ff.de iusti.⁊ iure.in.vij.col.vbi dixit qꝺ sicut habet ius cōe ad ius cōe:ita se habet statutū ad statutū,⁊ cōsuetudo ad cōsuetudinē.sed ita est ꝙ ius cōe semper intelligit ⁊ interpretatur vt nō corrigat ius cōe,eodē modo statutū debet intelligi ad aliud statutū vt illud nō corrigat nisi expresse dicat.Faciat qꝺ voluit glo.que repu.singu.in.l. consue.C.qui testa.fa.pos.que glo. voluit ꝙ qñ lex inducit specialiter aliqd debere interuenire ꝙ lex noua superueniēs generaliter remouens illā solennitatē qꝺ non videtur remouere,ciuiliter de illo actu speciali,ita dicamꝰ in proposito:cum ars strazarie specialis introduxerit ꝙ strazaroli ⁊ eis obedientes specialiter possint cōducere pannos ⁊ vestes nouas,qꝺ statutū artis lane loquens generaliter ꝙ nemo possit conducere pannos ⁊ vestes nouas:non videtur derogasse statuto strazarie specialiter introducto. ¶ Preterea faciat quod voluit glo.in.l.decurionibus.C.de silen.lib.xij.que est singularis ⁊ vnica,que voluit ꝙ

16 † vbicunqꝫ aliquod priuilegiū emanauit in fauore alicuiꝰ specialiter si postea superueniat generalis cancellatio omniū priuilegiorū qꝺ nō videt cancellatū illud priuilegiū quod fuerat

a specialiter introductū in alterius fauorē. [a] ⁊ per illā glo.dixit Bal.in.l.nō plures.C.de sacrosa.eccl. ꝙ per. l.generalē nunꝙ derogat priuilegio speciali,seu gn̄ali, nisi fiat de ipso mentio. ¶ Et ideo etiā dixit idem Bal.in.l.j.C.de Justi.co.cōpo.qꝺ lex superueniens non tollit priuilegiū alicui specialiter indultū.alleg.d.glo.l.decurionibus. ⁊ dictū Bal.in aut. habita.C. ne filius pro pa.in.j.col.vbi dixit,ꝙ nō videt derogatū priuilegio indulto alicui per legē superuenientē derogatoriā priuilegiorū,nisi de ipso priuilegio faciat mentionē.⁊ alleg.d. l.decurionibus.⁊ ideo dixit idem Bald.in.l.j.ff.de cōsti.prin.in.j. col.ꝙ princeps per generalia verba nō videt tollere iura specialia:ad hoc alleg.d.l. decurionibus. Faciat quod voluit idē Bal.in.l.dotalē.ff.de test.mili.vbi Bart.refert se cōsuluisse ꝙ arbitriū cōcessum aliquibus sapiētibꝰ,nunꝙ extēdit se ꝙ ipsi possint derogare priuilegio alicuius. Bal.ibi dicit esse casum cum gl.in.d.l.decurionibus.⁊ faciat quod voluit idem Bal. in.d.c.veniēs.de prescrip.⁊ in.c.graue. de prebē. ⁊ in.c.j.de rescrip.⁊ quod voluit Ludo. Ro.in.d.l.hac consultissima.⁊ ego dixi in c.cum olim.de prescri. ¶ Modo indubitāter ista apponūt gladiū ad radicē huius cōsultationis:qꝛ cum arti strazarie ⁊ hominibꝰ illius ꝓfessionis fuerit cōcessum in priuilegium posse conducere pannos ⁊ vestes nouas, vt apparet in confirmatione facta per superiorē de ipsis suis statutis, ⁊ specialiter fuerit eis indultū:sequitur necessario ꝙ per statutū artis lane ⁊ eius confirmationē nō fuit derogatū illi priuilegio ita specialiter indulto:qꝛ per verba generalia princeps nō tollit iura specialia:ergo sequit ꝙ multofortius inferior a principe per generalia verba nō videt tollere iura specialia. Nam vt dicebat dñica veritas, si in viridi ligno hoc faciunt,in arido quid fiet:⁊ pro certo illa gl. cum dictis doctorum a me superius adductis apponūt finē huic cōflictui disputādi.⁊ cum fuissem interrogatꝰ de huiusmodi dubitatione a famosissimo ⁊ excellētissimo doct.do. Vincentio cōpatre meo charissimo sine reuolutione chartarū ⁊ ex improuiso dixi ⁊ respōdi ꝙ gl. in.d.l.decurionibꝰ.cū suo tex.decidebat hoc: ⁊ nūc cōsulendo affirmo illud quod ex tēpore dixerā iuxta illud:Jmprouisus ait coram quē queritis adsum Troyus Eneas. ¶ Et si quispiā opponat qꝺ imo in statuto artis lane fit mentio expresse de statuto artis strazarie. Nā dicitur in eo nisi ad minus fuerint amezate hoc vocabulo ꝓprie secundū cōmunē vsum loquendi vulgariter intellecto: ⁊ hoc ne preiudiciū fiat cōmuni Bonoñ.⁊ arti retagli pānorū ⁊ arti lane aut artibus sartorū cunatorū:pro certo ista verba non sonāt ad hoc vt velint derogare statuto artis strazarie:imo disponi qꝺ ideo ita disponūt ne fiat preiudiciū arti lane,arti retagli,arti sartorum:⁊ sic sole est clarius qꝺ nulla fit expressa nec specialis mentio de statuto strazarie in dicto statuto artis lane:ergo nō est sublatū statutum strazarie. nec etiā est illi derogatū per statutū artis lane. ¶ Et si quispiā dixerit:aduertas extāt em̄ cōfirmationes plurime facte de isto statuto artis lane:qꝛ per gubernatorē ⁊ Romanum pontificē ⁊ per presidentē loco illius magnanimi capitanei Nicolai picinini cuius memoria in sempiternum erit durata propter illustrissimas memorandasqꝫ victorias suas. Nam in cōfirmatione dñi gubernatoris dicit ex certa scientia specialiter ⁊ expresse cōprobamꝰ,⁊ ꝯfirmamꝰ oīa ⁊ singula statuta.⁊ cōnumerat illud statutū expresse.⁊ in ꝯfirmatione dñi Eugenij dicit etiam:ex certa sciētia approbamus, confirma-

17 mus ⁊ validamꝰ.modo clarū est ꝙ † per cōfirmationē eiusdē statutū dicitur esse statutū pape,vt habetur in.l.j.§. sed neqꝫ.

a ¶ Fauor
ma.ꝯsi.cccc
qꝺ indultu
tri.cōsi.ccccx
in casu quo. J
consi.cxlvj.col.
lib.iiij.

n ver. omnia nostra facimus. qꝛ ex nobis impertinet authori
tas. C. de vet. iu. enu. ⁊ glo. in. c. j. de trāsac. ⁊ Bal. in. l. oēs po-
puli. de iust. ⁊ iur. ideo pulchꝛe dicebat Bal. in. l. ex placito. C.
de re. permu. ꝙ si papa cōfirmat statuta Spoleto ex certa sua
scientia dicunt̄ esse statuta papalia, ⁊ illoꝛum transgressoꝛ pu-
nietur vt trangressoꝛ statutoꝛum papiliū. ⁊ in. l. ex facto. ff. de
vulg. ⁊ pupi. dicebat ꝙ si papa in confirmatione quā ex certa
scientia facit, apponat clausulā decreti ꝙ cōditoꝛes illoꝛū sta-
tu. nō possunt illa interpꝛetari ita sunt effecta de iure superio-
ris cōfirmantis. ⁊ dicebat multū eleganter Antia. se in facto
respondisse cū collegia huius regie vrbis Bonoñ. remisissent
quandā penā cuidā, ꝓpter sua demerita incidēti, ⁊ nō remisis-
sent i foꝛma solēni, vt fieri debebat, dñi Antiani illā remissio-
nem ꝯfirmarūt: sed qꝛ ꝯfirmatio nō emanauit ex certa sciētia,
nō pꝛestitit validitatē illi remissioni: ⁊ ideo non recepit robur.
ita dixit in. c. ij. de pac. Sed in casu nostro ista cōfirmatio ema
nauit a dictis superioꝛibus cū clausula cōualidatiua ex certa
scientia quo casu operat̄ clausula ex certa sciētia illud qꝺ ope-
rat̄ plenitudo potestatis. singulare dictū fuit Inno. in. c. inno-
tuit. de elec. cū quo transeunt ibi scri. oēs. ⁊ refert ⁊ sequit̄ illud
dictū Bal. in. l. eos. in pꝛin. C. de appel. modo papa habet ab-
solutam, ⁊ liberā potestatē nullis regulis subiectā, ⁊ pulchꝛe
cōmemoꝛat Bald. in. l. ij. C. de ser. ⁊ in. l. pꝛinceps. ff. de leg. oīa
enim pōt vt in. c. cūcta per mundū. ix. q. iij. Bal. in. l. j. ff. de cō-
sti. pꝛin. posito enim qꝺ debuisset fieri specifica ⁊ expꝛessa mē-
tio statuti strazarie in statuto artis lane ⁊ in cōfirmatione pꝛe
dicta: tamē qꝛ certa scientia operat̄ idem ꝙ operat̄ plenitudo
potestatis sequit̄ ꝙ potuit papa derogare statuto strazarie, ⁊
per cōsequēs videt̄ derogasse. Quia ista sunt verba ad ephe-
sios. Nec obstant nec pungunt ⁊ vt vera indubitata cōclusio
18 de hac confirmatione habeat̄. ¶ † Premitto ꝙ confirmatio
est duplex, [a] quedā est que fit in foꝛma cōmuni: quedā est que
fit in foꝛma specificata. ita no. in. c. j. ⁊. ij. de cōfir. vtili. Nā gl. in
dicto. c. j. dicit ꝙ cōfirmatio que fit in foꝛma cōmuni nō ope-
ratur validitatem actus nec pꝛeiudiciū infert alteri, nec mul-
tum operat̄: sed parū, qꝛ solet plus timeri illud ꝙ cōfirmatur.
alle. c. qꝛ diuersitatē. de cōces. pꝛeben. vbi est gl. elegās que cō-
numerat quid operat̄ cōfirmatio facta in foꝛma cōi. Quedaꝫ
est cōfirmatio, que non fit in foꝛma cōmuni. ⁊ de hac loquitur
glo. in dicto. c. ij. de cōfir. vti. que dicit ꝙ cōfirmatio fiat causa
cognita, ⁊ ex certa scientia: tunc impeditur petitio alterius. ⁊
alij pꝛeiudicat talis cōfirmatio ⁊ sic ad hoc qꝺ confirmatio di
catur facta in foꝛma specifica requirunt̄ duo foꝛmalia videli-
cet cognitio, ⁊ certa sciētia. vnde dicebat do. Ant. in. d. c. ij. de
pac. ꝙ si cōfirmatio fiat simpliciter, ⁊ nō cum cause cognitio-
ne ex certa sciētia nō supplēdo defectū vitij qꝺ non valet talis
cōfirmatio. ⁊ ad hoc alleg. gl. in dicto. c. j. ⁊. ij. ⁊ ideo multum
egregie dicebat Bal. in. d. l. ex placito. ꝙ si cōfirmatio ꝓducit
rem in esse qꝛ dat oꝛiginē esse: tunc qui cōfirmat dat, ⁊ ideo im
peratoꝛ legitimādo dat statim. l. qui in pꝛouincia. §. diuus. ff.
de ritu nup. Interdū qui cōfirmat nō ꝓducit rem ab oꝛigine
sui esse sed cōsecutiue venit illius gratia: ⁊ tūc nō oīno dat sed
cooperatur qꝛ nō est cā totalis, sed concurrens. ⁊ hoc inducit
ad. q. papa cōfirmat statuta Spoleto. illa statuta dicunt̄ pa-
palia ita qꝺ trāsgressoꝛ punitur vt transgressoꝛ statutoꝛū pa-
paliū. Si aūt papa confirmat tanquā causa vniuersalis: non
sunt papalia. l. oēs populi. de iusti. ⁊ iur. Aut confirmat tanꝙ̄
causa specifica qꝛ cōfirmat statutū qꝺ pater possit relinquere
spurijs ꝙ tale statutū intelligitur papale fauoꝛe tamē populi:
ideo populus posset penitere [b] ⁊ redire ad ius cōmune: ideo
dicit qꝺ si per statutū populi cōfirmantur statuta mercatoꝛū
non sunt statuta populi. l. ij. C. de consti. pecu. qꝛ debet videri
quo animo pꝛinceps cōfirmat. l. omniū. C. de testa. qꝛ cōfirma-
tio permissiue facta ⁊ nō foꝛmaliter nō denominat cōfirmatū
a cōfirmante: sed a specifico efficiēte in quo est authoꝛitas da-
ta. ¶ Et faciat quod voluit idē Bal. in. l. adopt. ff. de adop. ⁊
in. l. ius ciuile. ff. de iusti. ⁊ iur. ⁊ in. l. ⁊ qꝛ. ff. de iurisd. om. iud. ⁊
in. l. ex verbis. C. de donatio. inter virū. Et faciat quod voluit
do. Anto. in. c. j. ⁊. ij. de confir. vti. vbi dicit requiritur cause co
gnitio ⁊ certa scīa. idem voluit in. c. j. de cōfirma. e. ti. Et faciat
qꝺ voluit Ab. antiquus in. c. pe. de cōfir. vti. vbi dicit ꝙ quo-
ties papa confirmat ex certa scientia facit opponi edictum in
valuis palatij. requirunt̄ ergo duo ⁊ vt cōfirmatio dicatur fa-
cta nō in foꝛma cōmuni sed in foꝛma specifica: cognitio, ⁊ ex
certa scientia. Et ideo dixit Bal. in. d. l. ex verbis. ꝙ requiritur
cause cognitio ad hoc vt confirmatio pꝛestet aliquod robur:
⁊ isto modo intelligatur glo. in. c. ea que. de re. iur. que dicit ꝙ
vbicunqꝫ papa aliquid confirmat ex scientia: ꝙ in inferioꝛ nō
potest declarare aliqd super illo actu cōfirmato. Ideo dicebat
Bal. in. l. rescri. C. de pꝛeci. impera. offe. ꝙ illud qꝺ papa cōfir-
mat nemo infirmat, adeo ꝙ dicunt scrib. ꝙ cōfirmatio pape
operat̄ ꝙ illō qꝺ est tpale efficit̄ perpetuū. ⁊ ita dixit Jo. an.
in. d. c. cū inter. de elec. ⁊ do. Abb. in. c. ad audientiā. de cōfir.
vti. Arch. in. c. pꝛesenti. de offi. oꝛd. lib. vj. Lappus in suis alle
ga. allegatione. ix. ⁊ habet̄ in. c. cū in distribuēdis. de tēp. oꝛdi.
⁊ in. c. per tuas. de ma. ⁊ obe. ⁊ per Bal. in. c. illud. eo. ti. per. d.
Pet. de Anch. in cle. qꝛ regulares. de sup. neg. pꝛela. ⁊ sic stat
cōclusio vera ꝙ requirit̄ cause cognitio ⁊ certa sciētia in tali
cōfirmatione. ¶ Premitto etiā ꝙ tunc papa dicit̄ facere ali
quid ex certa sua scientia, si in literis fiat mētio de pꝛocessu, ⁊
de appellatione interposita. ⁊ idē dicit Jo. ⁊ Vinc. si contra-
dicente aduersario facta est cōmissio. ista est glos. multū sing.
in. c. pastoꝛalis. §. pꝛeterea. de offi. deleg. in glo. ex certa scien-
tia. ⁊ ibi dicit. d. Abb. post Host. ⁊ alios qꝺ tunc ex certa sciē-
19 tia emanat rescriptū, qñ † papa fuit certificatus de omnibus
que potuissent eū monere ad concessionē denegandā: ita di-
cit cōiungendo omnia dicta doctoꝛū: ⁊ pulchꝛe dixit Jo. an.
in. d. §. pꝛeterea. ꝙ tūc dicitur facere ex certa sciētia pape quā-
do parte contradicente ita scripsit ex certa scientia: ⁊ ego vidi
tēpoꝛe obseruādे memoꝛie. d. Nicolai pape quinti, emanaue-
rat quedā bulla cū clausula ex certa scientia, ⁊ non fuerat re
scriptū obtentū parte cōtradicēte: sed fuit obtentū pte absen-
te, cōsului ꝙ nō videbat̄ operari naturale effectū suū illa clau
sula, ex certā scientia, cum non emanauerit parte contradicē-
te: ⁊ ita fuit obtētū in cōtingētia in ciuitate Ferrarie. ¶ Mo
do istis pꝛesappositis dico qꝺ ista confirmatio facta ex certa
scientia de dicto statuto artis lane, nullo modo tollit statu-
20 tum artis strazarie, nec illud derogat: ⁊ arguo hoc mō: † non
in plus se extēdit confirmatio quā se extēdat cōfirmabile: qꝛ
confirmatio fit super confirmabili, ⁊ sic nō est maioꝛis cōpꝛe-
hensionis confirmatio, quā fit illud quod cōfirmatur: qꝛ actꝰ
actiuoꝛū sunt in patiente, ⁊ bñ disposito, vt voluit philoso-
phus in. ij. de anima. sꝫ illud statutū artis lane, nec tollit, nec
derogat illi statuto artis strazarie: qꝛ vt superius demonstra-
ui ad oculū in quolibet actu disposito requirunt̄ duo: potestas
⁊ volūtas. modo in illo statuto artis lane deficiebat potestas
ipsoꝛū statuentiū, ⁊ etiā deficiebat volūtas: qꝛ de illo non fe-
cerūt mentionē, vt iam dixi. vnde posito, non tamen cōcesso,
ꝙ per hāc cōfirmationem ita triplicatā suppleretur defectus
potestatis ipsius artis lane seu pꝛofitentiū artem hāc, nihilo-
minus suppletur defectus voluntatis. debuit enim interue-
nire volūtas ipsoꝛum de arte lane, ⁊ volūtas cōfirmātis: vt ꝓ
batur in. d. l. ex verbis. ⁊ ibi per Bald. C. de dona. inter virū.
qꝛ actꝰ agētiū non operat̄ vltra intētiones eoꝛū. l. nō oīs. ff.
si cer. pe. cū simi. ꝯfirmatio. operatur illud qꝺ claudit ꝯfirma-
bile, sꝫ ipsum confirmabile nihil disponit de statuto artis la-
ne in tollendo illud, nec in derogando illi: ⁊ maxime: qꝛ hoīes
artis lane sciebant vel verisimiliter scire debebāt illud in quo
se exercebāt hoies artis strazarie: qꝛ fama erat notissima lesbo
vt Vergilij vtar verbis, ꝙ strazaroli ⁊ illi arti obediētes cōdu
cebāt pānos ⁊ vestes nouas ad ciuitatem Bono. ⁊ vigoꝛe eo
rū statuti causa confirmati per legatū Bono. arg. eius qꝺ ha
betur in. c. cū in tua. qui ma. ac. pos. ⁊. c. qꝺ dixit. xvj. di. ⁊. c. ꝓ-
posuisti. lxxxij. dist. ⁊. c. j. de postu. pꝛela. ⁊. c. apostolice. de cler.
excō. mi. ⁊. c. cognoscentes. de cōst. ⁊ gl. in. l. si tutoꝛ. C. de per.
tu. vnde recte dixit iuriscōsultus qꝺ ea que notabiliter fiunt,
nisi specialiter notent̄, videntur quasi neglecta. l. itē apud La-
beonē. §. hoc edictū. ff. de iniurijs. cū ergo sciuerunt homines
artis lane dictos strazarolos exercere se circa dictos pānos, ⁊
vestes nouas cōducendo vigoꝛe eoꝛū statuti: ⁊ in dicto suo sta
tuto disponāt in genere, ⁊ nō in specie, sequit̄ ꝙ ipsi noluerūt
facere hāc iniuriā illi honoꝛabili arti strazarie: qꝛ in eam ver-
santur hoies graues diuites ⁊ honoꝛabiles, qui nullo modo
passi fuissent violati sua antiqua statuta, ⁊ suos moꝛes anti-
quos: vnde dixit pulcher tex. in. l. obseruare. §. si qua. in versic.
magni enim faciunt pꝛouinciales suā cōsuetudinē obseruari.
de offi. pꝛocon. Ideo est verisimiliter pꝛesumēdū, qꝺ ideo nō
fecerūt mētionē de illo statuto strazarie: ⁊ ideo noluerūt dero
gare: qꝛ opoꝛtuisset deuenire ad cōtētiones ⁊ lites cū arte stra
zarie: eo maxime: qꝛ statutū strazarie erat antiquius ⁊ antiqo
rem ꝯfirmationē habuerat: vñ turpiꝰ reijcit̄ quā nō admittit̄
hospes. c. at quēadmodū. de iureiu. ⁊ ita facile reuocat̄ ius iā
quesitū sicut reuocat̄ ius q̄rēdū. vt. l. qui autē. ff. q̄ in frau. cre-
di. l. si spōsus. §. maritus. ff. de don. int[illegible] virū. Inn. in. c. admo
net. de renū. ⁊ Fed. de se. cōs. ix. ⁊ sic ista fuit causa potissima,
quare homines artis lane nō fecerūt mētionē de statuto artis
strazarie modo cōfirmatio nō poꝛrigit fimbꝛias extra metam
⁊ terminis cōfirmari. frustra ergo contra statutū strazarie ad
ducit̄ ꝯfirmatio dicti statuti, licet a papa vel eiꝰ gubernatoꝛe
12 vel ab alio domināte facta fuerit: † ⁊ ideo illud qꝺ nō dixit sta
tutum

a [redacted]

b ¶ Penitere. sed vide Alberi. j. statu. quest. xvj.

tutū artis lane,nō dicemus nos.⁊.l.si seruū.ver.non dixit pre
tor.ff.de acqui.her.ideo dici solet ꝙ casus omissus a canone,
habeť pro omisso.c.dilectus.de tēpo.ordi. ⁊ idē si sit omissus
a lege cōsuetudine vel statuto etiam iurato.l. an in totū.C.de
edi.priua.c.in nr̄a.de iniur.idē si cōmittať a paciscente. l.fi.C.
de pac.cōuen.idē si ab appellāte. cle. appellāti. de appel.idē si
ab impetrāte.c.cū in illis.de preben.lib.vj.idē a dante a iudi-
ce.vt.l.si de ꝓprietate.C.si a nō cōpe.iudi.idē a dante procura
torē.l.marit⁹.C.de ꝓcur.cū ergo sit iste casus omissus a statu-
to artis lane:⁊ etiā si sit casus omissus a cōfirmāte:ergo sequi
tur ꝙ habeť pro omisso:⁊ per cōsequēs stam⁹ in dispositione
statuti artis strazarie.arg.l.si extraneus.ff.de cōdi.ob cau.⁊.l.
cōmodissime.ff.de libe.⁊ posthu.cū simi.q̄ꝛ qꝺ nō mutať non
est ratio quare stare nō ꝓhibeať.l.sancim⁹.C.de test.l.precipi-
mus.C.de appel.cū simi.ergo ⁊c. ¶ Et ex hoc tolliť illud qꝺ
superius opponebať.dicebať enim ꝙ cōfirmatio operať idez
qꝺ operať plenitudo potestatis:⁊ reddit actū validū ⁊ cōfir-
matio ab eo denominať, q̄ꝛ ꝓ certo nō obstāt casui nr̄o,ex eo
q̄ꝛ nec verba nec mens cōfirmātis fuit velle tollere illud qꝺ cō-
firmandū nō exprimebat, ideo limitata causa limitatū parit
effectū.l.age cū Seminiano.C.de trāsac.⁊.l.in agris.ff.de ac-
qui.re.do.cū simi.⁊ sic licet maxime sit virtus cōfirmationis
22 nō tñ ob.casui nr̄o. ¶ † Preterea ɔ̄firmatio vt dixit fit in for-
ma cōi:⁊ de ista nō est curandū,q̄ꝛ nō operať validitatē vt cō-
firmatio in forma specifica:sed ista nō est cōfirmatio in forma
specifica:ergo ⁊c.istud assumptū probo formaliter. Illa diciť
esse cōfirmatio in forma specifica que fit cū cause cognitione
⁊ ex certa sciētia,⁊ sic opus est ꝙ cōcurrant ista duo insimul:
q̄ꝛ vbicunq; ad cōpositionē indiuidui cōcurrūt plura substā-
tialia,si vnū desit ⁊ alia interueniūt nō videť satisfactū iuri: ⁊
perinde habeť ac si nullū interuenisset. Ideo decimus ꝙ ille
qui est reus in vno videť fact⁹ reus in oībus.de peni. dist.v.c.
consideret.l.si vnus.C.de test.ideo dicebat Bal.i l.j.C. de his
que pe.no.qꝺ si testator grauauit sub pena heredem vt soluat
decem ⁊ soluit nouē qꝺ incidit in penā perinde ac si nihil sol-
uisset.faciat tex.in.c.que ipsis sacerdotib⁹.xxxviij.dist.⁊ facit
illa vulgata regula nihil diciť esse actū vbi aliquid restat agē-
dum.l.fi.C.de silē.sed duo requiruntť ad cōfirmationē interpo
sitam in causa specifica videlicet cause cognitio ⁊ certa sciētia:
vt.s.sed hic nō interuenit cause cognitio:probať,q̄ꝛ nō expri-
miť in dicta cōfirmatione.debuit enim cōcipi hoc modo cau-
sa cognita,⁊ ex certa sciētia:sed ita est qꝺ in dicta cōfirmatio-
ne non exprimitur illud verbū causa cognita:ergo nō iterue-
23 nit: † q̄ꝛ negatiua coarctata ad certā scripturā est ꝓbabilis:vt
probať in.l.j.C.de exac.tribu.lib.x.ideo dicebat Bald.in.l.fi.
C.de iure iur.ꝙ aliqua negatiua ꝓbari pōt per inspectionem
oculorū.vt ista negatiua tu nō es in testamēto descriptus tu
nō es in matricula matriculat⁹,tu nō es descript⁹ iter soluen-
tes.l.cū de lege.ff.de ꝓba.l.bñ.ff.de inin.test.gl.i.l.iij.C.de er-
rore aduo.glo.⁊ Bar.in.l.Pātoni⁹.§.rei perduellionis.ff.de
acqui.here.⁊ habeť in.c.ex gestis.de cle.nō residen.c.fi.de ca.
c.inter dilectos.de excel.prela.Bar.in.l.in illa.⁊ in.l.hoc iure.
ff.de verbo.obli.⁊ in.l.hi qui ad ciuilia.C.de appel.⁊ in cōsil.
lxxxj.incip.Martinus forniconis.⁊ in.l.his post.ff.de acqr.
here.⁊ per consequens stat veritas ꝙ ꝓbata est illa negatiua
24 qꝺ nō iteruenit i hac cōfirmatione cause cognitio. ¶ † Quin
imo plus dicūt scribētes posito,nō tñ cōcesso, qꝺ exprimereť
in confirmatione cause cognitio,veritas est qꝺ in nimis bre-
ui tpe fuit facta illa cause cognitio qꝺ habeť perinde ac si cau
se cognitio nō interuenerit ⁊ redditur ex hoc sententia nulla
ipso iure vel aliter actus nullus ipso iure:q̄ꝛ non presumiť qꝺ
in veritate interuenit cause cognitio.ita ꝓbatur in.c.pōderet
quisq; sermones suos.l.di.⁊ ibi gl.pulchra dicit tempore ege
mus vt aliqd maturius agamus.⁊ ibi do.Do.de san.Semi.
arguit cōtra iudices quib⁹ de mane mittiť ꝓcessus ⁊ in vespe-
ris ferūt sentētias vt fuit ipso iure nulle:quia non p̄sumiť qꝺ
de causa cognouerint.hoc idē voluit Bar.i.l.ꝓlatā.C.de sent.
qui dicit esse casum in.c. tū ex literis.de in inte.restit.vbi tex.
formaliter hoc ꝓbat:q̄ꝛ ibi dicit ꝙ quidā Eugeni⁹ papa tulit
sententiā in tam breui tpe qꝺ presumiť nulla.faciat.l.ius ali-
mentorum.§.sed si post in verbo,suscipere debet cognitionē.
⁊ qꝺ ibi Bald.⁊ ego in lec.mea ad.c.ecclesia sancte Marie.
de cōsti. ¶ Adduco duo pulchra consilia dñi Pe.de Anch.
a qui in vno [a] cōsuluit qꝺ sñia lata in tam paruo tpe ꝙ non est
verisimile qꝺ de causa cognouerit presumiť non cognouisse.⁊
b ideo sentētia est ipso iure nulla.⁊ in alio [b] consilio cōsuluit ꝙ
authoritas que interponiť a vicario potestatis in cōtractib⁹
minorū in quib⁹ requiriť talis authoritas:q̄ꝛ cōsuluit fieri ꝙ
accedūt partes cum agnato coram vicario q interponit suam
authoritatē illi cōtractui qꝺ est nullus talis contractus:quia
presumiť interposita sine cause cognitione.allega.l.magis
to.§.nec passim.ff.de re.eo.⁊.d.c.tū ex literis.ita adduco in
ecclesia sancte Marie.quāto forti⁹ in nostro interuenit cau
cognitio cū nō exprimať in dicta cōfirmatione:ergo nō vid
confirmatio interposita in forma specifica, ⁊ pro certo im-
te egerūt circa illa cōfirmationē interponendā aduocati ar.
lane. ¶ Preterea est aduertendū qꝺ posito nō tñ cōcesso q
in dicta ɔ̄firmatione dicereť causa cognita,tñ adhuc ars stra-
25 zarie esset in casu victorie ex eo † q̄ꝛ cause vel act⁹ cognitio ha
beri nō pōt,nisi vocati sint illi quorū interest:q̄ꝛ merita causa-
rū partiū assertione pādunť.l.fi.C.si per vim vel alio modo.⁊
c.tū ex literis.de in integ.resti.vbicūq; eñi in aliquo actu req-
ritur cause cognitio reqriť partiū citatio.hoc decidit tex.in.l.
fi.in ver.cognitionaliter.C.de legi.quem tex.ibi Rapha.post
Bal.⁊ alios reputat singu.ꝙ Imperator in sententia ferēda
debet citare ptes ex eo q̄ꝛ tex.ibi dicit cognitionaliter faciat.
l.de vnoquoq;.ff.de re iudi.⁊.l.nā ita diuus.de adop.cū simi.
cū ergo in casu cōfirmationis interponēde in forma specifica
requirať cause cognitio,vt superius demōstraui:sequiť ꝙ de-
buerūt citari Massarius ⁊ societas artis strazarie qñ uerūt
statuta artis lane cōfirmata:sed citati nō fuerūt:q̄ꝛ in dicta cō
firmatiōe nō exprimiť ꝙ citati fuerint:ergo sequiť ꝙ nō iter
uenit cause cognitio ⁊ per cōsequēs deficit substātiale reqsitū
in cōfirmatione fienda in forma specifica:ergo talis cōfirma-
tio nec reuocat nec annulat statutū strazarie:nec ei demdero-
gat.⁊ si recte memini sunt iam.xij.anni qb⁹ hic Bononie fue
rat lis ⁊ q̄stio inter artē merzarie ⁊ quandā aliā artē:erāt ma-
gni aduocati ex vtraq; parte quales decet in hac regia vrbe
Bonoñ.⁊ requisitus fui ad cōsulendum pro arte merzarie:⁊
erat dubitatio circa cōfirmationē cuiusdā statuti : q̄ꝛ dicebať
qꝺ reuocabat statutū artis merzarie,⁊ erat satis dubitatissi-
ma q̄stio,ego cōsului qꝺ reuera illa cōfirmatio nō erat in for-
ma specifica,q̄ꝛ nō fuerūt interposita illa verba causa cogni-
ta cum in effectu.⁊ viso cōsilio fuit iudicatū pro iure ⁊ fauore
merzarie,⁊ adeo sibi ad gratū reputarunt qꝺ semper illa socie
tas in natiuitate dñica esculētis me affecerūt. Ita videť dicē-
dū ꝙ in proposito nostro vt ista cōfirmatio tanꝙ defectuosa,
non opereť effectū cōfirmationis in forma specifica. ¶ Pro
pterea est aduertendū qꝺ tunc dr̄ aliqd fieri ex certa scientia,
qñ parte cōtradicēte interponiť:vt dixit gl.in.d.c.pastoralis.
§.preterea.⁊ Abb.antiquus dixit ꝙ papa apponit edictū qꝺ
i valuis palatij qñ iterponit cōfirmationē in forma specifica,
sed in hac cōfirmatione nō fuit requisita societas strazarie : ⁊
sic nō iteruenit ɔ̄tradictio societatis p̄dicte,nec videť apposi
tū edictū in valuis palatij:ergo videť apte iure dicedū,ꝙ non
26 sortitur effectū cōfirmatiōis facte i forma specifica. ¶ † Pre
terea faciat q̄ꝛ clarū est ꝙ rescripta,cōfirmatiōes,⁊ similia re-
cipiūt effectū ex mēte rescribētis vľ cōfirmantis,vt pulchre di
xit Inn.in.c.cū ecclesiastice.de exce .refert Bal.i l. p̄scriptiōe.
C.si ɔ̄ ius vel vti.publi.⁊ ꝓbať in.c.cū dilecta.⁊ in.c.cū adeo.
de rescrip.⁊ est tex.in.l.fi.i ver.mētē nostrā fefellit.C.de his q
a nō dño manu.vt voluit gl.in.c.sup eo.de offi.delega.⁊ bal.i
l.j.ff.de cōsti.prin. vbi allegat Inno.in.d.c.cū eccľastice. ex q̊
seqť ꝙ dicta cōfirmatio recipit esse ⁊ effectū a mēte ipsoꝝ cō-
firmantiū,sꝫ certū est ꝙ mēs principis cōfirmātis nō fuit vel
le preiudicare iuri artis strazarie eidē acqsito ex statuto ɔ̄fir-
mato p legatū de latere:q̄ꝛ non est moris p̄ncipis velle p̄iudi
care iuri alteri⁹:ita pulchre dicit tex.in.l.cū auus.C.de emāc.
li.⁊ in.l.ij.§.merito.⁊.l.si qs a p̄ncipe.ff.ne qd in loco publ.c.ꝙ̄
uis.de rescrip.lib. vj. ¶ Et ideo pulchre dixit do.Ant.i.c.vt
debit⁹.de appella. se pronūciasse Perusij,ꝙ cū ex forma sta-
tuti non posset appellari a certo actu ꝙ debebat intelligi quo
ad ipsos litigātes:non aūt quo ad tertiū comparētē pro suo
interesse:⁊ dicit esse casuz in.d.c.sup eo.singu.⁊ solitariū in iu
27 re. ¶ † Et ideo multū egregie ad propositū accōmodatissi-
me dicebat Bal.in.l.j.ff.de cōsti.prin.in p̄nci.ꝙ nullā iniuriā
c facimus principi si eū reputam⁹ bonū ⁊ equū [c],imo maiestas
ei⁹ per ista duo nomina cōseruatur in esse,vt.l.ex facto.ff. de
vulga.⁊ pupil.vnde oīa mādata ⁊ rescripta principū debēt in
telligi cū iustitia:⁊ si qd dat vel cōfirmat semper intelligitur
saluo iure alteri⁹.alleg.l.meminerint.⁊.c.authoritate.C.vnde
vi.ecce nūc qualiter Bal.i terminis decidit hāc q̄ōnē, q̄ꝛ si qñ
princeps confirmat vel dat intelligitur saluo iure alteri⁹ ergo
posito ꝙ papa cōfirmauerit statutū artis lane,nihilomin⁹ in
telligiť saluo iure alteri⁹ societatis ⁊ sic saluo iure artis straza
rie ⁊ indubitāter p hāc doctrinā societas strazarie est in casu
victorie,qꝺ est no.dignū.Cū ergo in proposito nostro sit fa-
cta mētio in dicta ɔ̄firmatiōe ⁊ in statuto artis lane nō est fa-
cta mētio expressa,⁊ specialis de statuto artis strazarie,⁊ d ei⁹
cōfirmatiōe nec de eius obseruātia,seqtur ꝙ papa nō fecit il

[illegible]

[illegible]

a ¶ Ano. consi. c-
xxxviij.visis con-
silijs.

b ¶ Alio.ɔ̄si.lxxx-
iij. visis diligēter.
adde.s.lib.ij.cōsil.
cxviij.col. ij.

c ¶ Equum.Bald.
consil.xvj.lib.ij.cō
si.cclxxvij.libr. iij.
Ias.d.l.j.⁊.l.ex fa
cto.colum.j. Egi.
Belleme.dec.dcc-
xxiiij.

.n confirmationē in preiudicium dicte societatis strazarie.
¶ Et ideo dicit qȝ princeps per verba gñalia nō videtur tol-
lere iura specialia, vt etiā dicit idē Bald. in. d. l. j. in vlti. col. qȝ
principi non presumit aliquid placere nisi iustum ꝛ verū. ideo
clausula, de veritate, semper in responsionibus pricipū inesse
videt. l. fi. C. si cōtra ius vel vti. publi. ꝛ per ꝯñs non derogauit
papa nec alij cōfirmantes statuto artis strazarie. Preterea est
aduertendū ꝙ ars strazarie ex antiquiori tempore fecerūt il-
lud statutū ꝙ possint cōducere pānos ꝛ vestes nouas, ꝛ a me-
zatos in ciuitate Bonoñ. Ita vt continet in eo ꝛ etiā ex anti-
quiori tēpore fuit cōfirmatū ꝙ fuerit introductū ꝛ edictū sta-
tutum artis lane vel confirmatū: quo casu videt ꝙ si illi de ar-
te lane volūt cōprehendere in suo statuto derogationē statuti
strazarie, vident dolose petijsse cōfirmationē sui statuti nō spe-
cificādo specialiter ꝛ expresse statutū strazarie: qꝛ eum habeāt
ius primo fundatū, ꝛ in esse ꝛ in obseruantia deductū vt pos-
sint conducere pānos ꝛ vestes nouas ꝛ similia: nō potuit nec
debuit fieri postea statutū artis lane in derogationē illius: qꝛ
est occupare ius alterius: ꝛ ideo petere illā vsurpationē iuris
strazarie ꝯfirmari, est incidere in theoricā singularē ꝛ peregri-
28 nam. † gl. l. ij. de fun. ꝛ sal. rei do. lib. xj. que voluit ꝙ impetra-
tio castrorū comitis Hugolini que postea petita sunt cōfirma
ri ab imperatore qȝ talis cōfirmatio non tenuit. ꝛ ita pulchre
voluit Bal. in. d. l. j. ff. de cōsti. prin. ¶ Et ideo dixit idē Bal.
in. l. ij. C. de legi. quē ibi refert Raph. ꝙ florentini occuparunt
sibi multa castra que postea fecerūt sibi cōfirmari per impera-
torē, ꝛ ꝙ talis cōfirmatio nō prestat eis ius. idē voluit Bal. in
c. primo. in ti. per quos fiat inuesti. ꝛ in tractatu schismatis. in
viij. col. ꝛ in. c. cū in literis. de restit. spoliatorū. ꝛ in. c. nihil. de
prescrip. idē voluit Ang. in. l. Paulus. §. qui pig. ff. quibꝰ mo-
b dicatur teneri furti: sequitur b necessario qd dictus Jo. non debet teneri furti, iuxta no. ꝑ Dy. in regula, nullus ex consilio. de reg. iur. ꝛ ꝑ Bal. in. l. cum mulier. in. vj. col. ff. sol. ma. ¶ Sed ꝙ ratione dictarum scripturarum seu libꝛoꝛũ. d. Thomas non teneat furti, facit optime: qꝛ huic subtractioni scripturarum non
7 cõuenit diffinitio furti. † Nam furtum est cõtractatio rei aliene animo lucrãdi inuito dño. l. j. ff. de fur. l. si quis seruo. C. de fur. iste Tho. non subtraxit istas scripturas aio lucrandi ex eis, vt de se ptꝫ: primo qd nullius erant p̄tij: vel estimationis. Secũdo: qꝛ subtraxit illas solummodo vt ostenderet dicto Joã. qui illas scrutaret, vt ptꝫ ex confessione. d. Jo. de mal. dum dixit, si posses habere librũ partitoꝛũ, ꝑ qd ptꝫ ꝙ dictus Thomas nõ habuit animum lucrandi de dictis scripturis, sed bene habendi suas pecunias, ꝛ chlamidem quas debebat habere a societa
8 te salaroloꝛum. † Nam: vt dixit singulariter Inn. in. c. quia plerique. de immu. ecc. de quo Bald. fecit festum in. l. j. C. de testi. semper in foꝛo poli, licet illis qui nõ possunt probare de suo credito. quocũꝙ ingenio curare ꝙ de bonis debitoꝛis accipiant.
c ꝛ non peccãt: c sed iste Tho. sic fecit: qꝛ ex quo nõ poterat ꝓbare de suo credito, ꝛ in veritate erat creditoꝛ: vt patet ex inspectione libꝛoꝛum dicte societatis, merito licuit ei facere: ꝛ sic furtum non fecit: tum in foꝛo poli, tum etiam qꝛ non aĩo lucrandi
9 subtraxit, vt. s. dixi. ¶ † Accedit etiam ad hoc: quia mens et intentio committentis arguit delictum. l. furtu3. ff. de vsusca. l. qui iniurie. de furt. l. plagij. C. de plagia. ꝛ ideo pulchꝛe scripsit Barto. in. l. qui tabulas. §. fin. ff. de furtis. quod quando quis delet instrumentum alicuius, licet teneatur furti: quia delendo videtur contrectare: illud habet locum quando delet instrumẽtũ animo lucrandi: vt qꝛ delet instrumẽtũ in quo erat obligatus alter

tus alteri. sed quãdo delet instrumentũ solũmõ animo iniuriã
di alteri, ⁊ non animo lucrãdi: tũc non tenet furti, sed iniuria-
rũ. ita ergo dicendũ est in casu nr̃o, ꝙ licet al's per subtractionẽ
d. Thome diceretur cõmissum esse furtũ: tñ ex quo nõ fecit ani
mo lucrandi, vt. s. dictũ est, sed aĩo consequendi suũ non tene-
10 bitur furti, sed iniuriarũ ⁊c. ¶ † Pro hoc facit qđ singulariter
dixit Ang. in. l. si plagij. C. de plagiarijs. ꝙ etiã in his que sunt
de genere prohibitorum, omnis causa etiam iniusta excusat a
a pena delicti. ⁊ glo. in. l. j. in fi. glo. magne. ff. si quis ius dicẽ. nõ
obtẽ. ⁊ gl. in. l. satis. ff. de in ius vocand. ⁊ gl. in. l. j. in fine. in gl.
in ver. iustis. ff. de abigeis. ⁊ Bal. in. l. deberi. C. de fideicom. li
11 ber. ¶ Et ideo Bald. in. l. j. C. vbi causa status. dixit † qđ bona
fides causatur etiam est iniustis causis. ⁊ idem dicit Ang. in. d.
l. plagij. quod statutum loquitur per nomen iuris importantis
de sui natura dolum: vt est exemplũ in furto ⁊ falso qđ non cõ-
mittitur sine dolo, ⁊ tunc lata culpa nõ equiparat dolo, sed ex
cusat quis ꝓpter temeritatem. ¶ Hoc etiã aperte dicidit An.
in. l. pretor. §. hec actio. ff. vi bo. rap. dicẽs ꝙ vbi aliquis aliqua
ratione etiam iniusta motus cõmittit aliqđ crimen, ex quo ve-
nit imponẽda pena corporalis qđ tenetur. ¶ Sed presupposi
to ꝙ in veritate iste Thomas diceretur cõmisisse furtũ per sub
tractionẽ dictarũ scripturarum ⁊ librorũ, qđ tñ non est: dico ꝙ
etiã. d. Jo. de malchiauellis nõ dꝫ de hoc posse puniri, quo sic
ostendo. Nam non potest dici. d. Jo. aut consultor, aut manda
tor, aut etiam persuasor talis delicti qđ expresse demonstrat cõ
fessio sua, dũ dicit qđ cũ. d. Thomas conquereretur qđ non po
terat consequi quatuor ducatos auri, quos eius pater al's mu-
tuauerat societati salarolorum in aduentu sanctissimi domini
nostri: ⁊ etiã cõsequeret ꝙ nõ poterat habere chlamidẽ pãni ro
sati promissam patri suo ꝑ dictã societatẽ in dicto aduentu. d.
Joã. eidem Thome dixit, Ego bene dabo tibi modũ cõsequẽ
di dictas pecunias, ⁊ chlamidẽ. Nã modꝰ est, si haberi possent
aliquo modo libri partitorũ dicte societatis, qui sunt apud ser
Mattheuꝫ de capraria ⁊c. Certe per ista verba, nemo sane mẽ
tis diceret. d. Jo. dedisse mãdatum aut persuasisse. d. Thome
quod furaret, ⁊ dictas scripturas furto subtraheret. nam non
sonant dicta verba expresse ꝙ illas debeat furari: vt de se ptꝫ:
ergo nec tacite dꝫ subintelligi, vt furtuꝫ importent. l. merito. ff.
pro socio. l. oĩmodo. C. de inoffi. testa. l. dolum. C. de dolo. l. quo
ties. §. qui dolũ. ff. de ꝓba. ⁊ ꝙ voluit Bar. in consilio incipien.
in questione vertẽte inter Franciscũ. ⁊ in cõsi. incip. Quidaꝫ ha
12 buit vxorẽ. † vnũ nunꝙ qs ex actu quẽ facit p̄sumit delinq̄re,
nisi qñ delictum ei esset fauorabile, ⁊ est gl. sing. in. l. q iurasse. §.
si pr̃. ff. de iureiu. Optime facit text. in. c. estote misericordes. de
reg. iur. ¶ Et ꝓpterea dixit ibi Abbas referẽs tex. in. c. in scri-
pturis. xcvj. dist. qđ si religiosus est visus amplecti mulierem,
dꝫ intelligi vt eã benedicat, licet Bal. i. l. neqꝫ natales. C. de ꝓ-
ba. dixerit ꝙ qñ scholaris alloquitur puellã non dꝫ credi quod
dicat, pater noster. Na in dubio potius debemus interpretari
bonũ q̃ malũ. l. absentẽ. de penis. l. interpretatis. eo. ti. l. cum q-
dam. de lib. ⁊ post. ¶ Preterea animaduertat queso dñs iudi-
cãs ad tex. i. d. l. merito. ff. pro socio. q2 iudicio meo est decisiuꝰ
huiꝰ questionis. nã primo consideret ꝙ iste Thomas q subtra
xit dictos libros ⁊ scripturas, erat de societate salarolorũ ⁊ si-
militer etiam. d. Joan. vñ habebat etiam ipse ius, ⁊ partẽ in re
bus societatis sicut ceteri de societate. l. sed si hac. §. q manumit
titur. ff. de in ius vo. l. in tm̃. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. q̃uis
nõ possent res vniuersitatis salarolorum dici esse ꝓprie cuiusli
bet de societate: tñ habebat q̄libet de dicta societate ius in di-
13 ctis rebꝰ, hinc est qđ nõ possunt singuli de vniuersitate ferre
testimonium in rebꝰ vniuersitatis, qñ de rebus in q̄bus depo-
nũt sentiũt aliquod cõmodũ, vt puta si essent nemora in quibꝰ
homines vniuersitatis mitterent bestias ad pascendum, vt vo
luit Ang. in. d. §. qui manumittitur. post Jac. de bel. ⁊ Cy. in. l.
oĩbus. C. de testi. ⁊ Bar. in. d. §. q manumittit, ⁊ ibi cõiter ꝑ scri
bentes. Sed sic est in casu nostro, q2 ex rebꝰ dicte societatis sa
larolorũ quilibet de societate fert cõmodũ: vt patet ex confes-
sione dicti Joãnis, dũ dicit qđ cũ dictꝰ Thomas cõquereret
ꝙ non habebat mãtellũ patri suo promissum a societate sicut
alij habuerũt ⁊c. ⁊ est cõis vsus inter societates huius ciuitatis
ꝙ hoĩes dictarũ societatũ: vel aliqñ diuidunt sibi introitus so-
cietatum, vel aliqñ vestiunt decem hoĩes de societate quolibet
anno: ergo patet ꝙ singuli de societate dicũtur haberi ius com
mune, vt singuli in dicta focietate. l. j. in fi. ⁊. l. collegia. ⁊ ibi per
Bar. de colleg. illicitis. Et habetur per Canonist. in. c. ⁊ si Chri
stus. in fin. de iureiuran. ⁊ in. c. veniens. de testibus. ⁊ in. c. olim.
de acc. his stantibus, dico ꝙ tex. in dicta. l. merito. decidit que-
stionem nostram, videlicet quod ratione dictorum librorum
subtractorum dictus Thomas non dicitur commisisse furtũ
nam licet rei communis subtracte a socio fiat furtum. l. rei com
munis. cum duabus se. ff. pro socio. tamen illud habet locum,
quando animo malo, ⁊ per fallaciaꝫ subtraxit. ita loquitur tex.
dicte legis, rei communis. Subdit postea tex. in dicta. l. merito.
14 † qđ nunꝙ in dubio presumitur, qui partis dominus est fueruꝫ
facere, ⁊ malo animo, ⁊ dolo res subtrahere, ⁊ ideo glo. in. d. l.
merito. dixit ꝙ nobilis est hec presumptio, ⁊ allegat text. in. l. si
quis seruum cõem. in fi. de seruo cor. ⁊. l. item apud labeonẽ. §. si
communẽ. de iniurijs. ⁊. l. semper in dubijs. de re. iu. q2 Bar. ibi
in. d. l. merito. dixit no. mirabilem p̄sumptio. q̃ presumptio ad-
mittitur ad liberationem non ad cõdemnationeꝫ: ergo in casu
nostro dicimꝰ qđ iste Thomas non dolo malo dicat subtraxis
se dictas scripturas, ⁊ libros, ⁊ per consequens in eis nõ dicat
15 cõmisisse furtum. ¶ † Accedat etiã ad hoc: q2 ea que cõsistũt in
aĩo alicuius, ꝓbantur solũ per eũ, ⁊ suo sacramẽto gl. sing. in. §.
alie. institutio. de ac. alia similis in. l. si cui. §. ijdẽ. de accu. Bart.
in. l. celsus. de vsuca. ⁊ Bal. in. l. j. C. de serui. ⁊ aqua. Sed ex ver
bis ipsius Thome constat ꝙ non aĩo dolũ cõmittendi aut fur
tũ dictos libros subtraxit, sed solum vt posset cõsequi suã chla
midẽ secundũ quod ei dixerat dictus Jo. ergo ⁊c. Et ꝓpterea a
multum singulariter dixit Bar. in. l. fulcinius. §. ꝙ aũt. Ex qui
bus causis in poss. ea. qđ animꝰ alicuius ꝙ faciat aliquid dolo,
ꝓbat ꝑ ea q̃ ipse dixit extra iudiciũ absens, ꝑ illã gl. ibi q̃ nihil
alleg. sed ipse allega. tex. in. l. labeo. de supellecti. legat. ⁊ in. l. q̃-
ro. §. fin. de edilitio edicto. ⁊ in. l. capite quinto. de adulterijs. ꝙ
dicit esse menti tenendum. pro hoc etiam facit qđ in. d. confes-
sione dicti Joannis continet. s. qđ cũ audisset dictus Joãnes
qđ dictus Thomas alia instrumenta subtraxisset, increpauit
ei dicens, tu male fecisti prout latius in. d. confessione continet.
ex quo clare percipi potest qđ animus dicti Joannis non fuit
persuadere ꝙ alias scripturas acciperet quã dictũ librum par-
titoruꝫ dicte societatis salarolorum. ¶ Et si dicat mihi: amice
tu nõ bene cõsiderasti, q2 in cõfessione ⁊ ratificatione dicti Tho
me, ipse confessus fuit, ⁊ perseuerauit qđ predicta cõmisit scien
ter, dolose, ⁊ appensante, ñ aĩo cõmittendi dictũ furtum dicta
rum scripturarũ dicti ser Matthei, prout in ea latius continet
ergo ptꝫ qđ. d. Thomas cõmisit furtum, ⁊ sic sumus in regula
legis rei cõis. ff. pro socio: rñdeo ꝙ a principio tꝑe quo Joã. di-
xit ei dicta verba, cõstat ꝙ per verba. d. Thome cõquerẽtis se
ꝙ non poterat hr̃e suã chlamidẽ a societate, ⁊ etiam per verba
ipsius Jo. ei respondẽtis ⁊ docẽtis modũ. s. in habẽdo dictas
scripturas. d. ser Matthei, qđ. d. Thomas nõ habebat animũ
cõmittendi furtum de dictis scripturis: q2 non habebat ani-
mum eas cõtractãdi animo lucrãdi, ꝓut requirit ad hoc vt di
cat furtũ ꝓut supra dixit: ergo q̃uis postea mutauerit ꝓpositũ
⁊ malo animo ⁊ dolo subtraxit, non dꝫ imputari Joã. de mal-
chiauellis, maxime q2 nõ est imputãdũ. d. Jo. tãꝙ deberet co-
gitare illud euenire posse iuxta doctrinam. c. fi. de homi. li. vj.
illud qđ dixit. d. Jo. d. Thome, non fuit mandatũ. ⁊ si fuit mã
datũ vel persuasum, nõ erat illicitũ, sed imo licitũ. d. l. merito. ꝓ
socio. ⁊ principiũ eiꝰ ꝙ ipse dixit nõ erat destinatũ ad illuꝫ finẽ.
s. faciendi furtũ. Et sic delictũ postea cõmissum per. d. Thomã
nõ dꝫ afficere dictũ Jo. ⁊ delicta nõ debẽt egredi suos autho
res. l. sancimꝰ. C. de penis. l. si qs in suo. §. legis. C. de inoff. test.
l. maritorum. ne vxor pro marito. l. iij. §. qđ pr̃. ff. de mune. ⁊ ho.
⁊. l. iij. §. si is ꝓ quo. in fi. ff. ꝙ quisqꝫ iur. ¶ Nec ob. etiã que di-
ci possunt. s. tu fundas te soluꝫ ex cõfessiõe. d. Joã. de malchia-
uellis, quasi inquisitio nõ sit formata ꝯ euꝫ, nisi virtute sue cõ-
fessionis. sed non est, verum, q2 dicta inquisitio est formata cõ-
tra eum, tam vigore sue cõfessionis, quã etiam vigore confessio
nis facte ꝑ. d. Thomã, q et cuꝫ tortura et sine tortura cõfessus
fuit. d. Jo sepissime requisiuisse euꝫ ꝙ dictos libros et scriptu-
ras subtraheret furto. Ergo, vt cõscius criminis possit ꝯ aliuꝫ
deponere, maxime secunduꝫ doctri. Bar. in. l. repeti. ff. de que-
stionibꝰ. s. qñ delictuꝫ de quo inquirit non sit principaliter ꝓ-
pter odiuꝫ alteriꝰ, sꝫ ꝓpter commoduꝫ committẽtis, vt est latro
ciniuꝫ et falsa moneta ⁊c. Sicut est in casu nr̃o, qui loquit ĩ fur
16 to, ⁊ etiã Jnn. in. c. j. de confessis, dixit ꝙ † oĩno socius crimi-
nis deponens contra sociũ facit indiciũ cõtra eũ, adeo ꝙ iudex
ex eo põt inquirere. ⁊ idẽ dixit Ang. i. l. ea quidã. in. viij. co. C.
de accu. ⁊ Bal. in. l. nõ ideo minus. in. j. col. C. de acc. ⁊ aliquid
per Bal. in. l. qm̃ liberi. C. de testi. ⁊ Barto. in. l. qui vltimo. ff. de
penis. ĩ prin. Sequit ꝙ si vigore cõfessionis. d. Jo. ipse Jo. nõ
venit inquirẽdꝰ saltẽ possit ĩquiri ex cõfessione. d. Thome. Rñ
deo ꝙ vigore confessionis. d. Thome etiã non põt inquiri con
tra. d. Jo. maxime cũ. d. Thomas eẽt inimicꝰ capitalis. d. Jo.
qđ ptꝫ primo. ꝙ. d. Jo. eũ accusauit de furto sibi facto de certa
q̃titate sepis. ⁊ alijs rebꝰ per. d. Thomã ei subtractis, vt clare
constat in actis curie dñi Potestatis: ergo non potuit testifi-
cari seu deponere ꝯtra eũ: vt. l. testiũ. in prin. ibi, vel an inimicꝰ.
ff. de testi. ⁊ in aut. de testi. §. si quis vero. ⁊ i aut. si dicat. in fin.

a ¶ Pena B
Soci. l. vnica.
fi. ff. si qs iusdi.
obtẽ. ⁊ ibi Jas.
i. l. j. col. ij. ff. de e.
per quem factum
erit. l. qui iurasse. ĩ
prin. de iureiur. l.
iuste possidet. ĩ fi.
de acq. po. Cepo.
causa. ciui. consil.
viij. col. fi. cõs. xxi.
col. xv. cõsi. xxiiij.
Paulꝰ ꝯ. ccclxxi.
in fin. lib. j. roma.
cõs. c[illegible]ij. Lãce
lo. deci. l. senatꝰ. §.
marcellꝰ. in fi. d le
ga. j. Hypp. mar-
si. l. j. charta. iij. C.
ad. l. cor. de sica. sꝫ
imo ista non ha-
bent locum in deli
ctis. Ang. in. l. sed
⁊ si lege. §. scire. de
pet. here. Alexan.
s. lib. j. cõsi. ciij. col.
pen. Aret. consil.
lxxx. colũ. ij. Soci.
l. ex quacunqꝫ. nu.
4. si quis in ius vo
ca. nõ ierit. marsil.
no. dxcvij. al's limi
tationes vide per
Cur. iunioreꝫ in. l.
si quis id ꝙ. num.
42. de iuris. om. iu
in. l. vnica. §. fi. co.
pen. nu. 20. si quis
iurisdi. nõ obtem.
Cu. seniorẽ cõs. lv.
col. v. Andr. alcia.
de presump. regu.
iij. presump. xxx.
Jtẽ vt non excuset
a cõtumacia Mat
theus afflic. deci.
neapo. xxxi.

C.de testi.c.cum inimicus.z in.c.super eo.z.c.quoties.de test.z
17 posuit Bar.in.l.j.§.cū quis.ff.de qōnib⁹.† vñ succedit regula,
qđ testis qui non poterat examinari examinatus nō facit indi
ciuz,vt posuit Bar.in.l.j.§.cū quis.ff.de questioni.z Bar.in.l.
maritus.in prin.eo.tit.z Bal.in.l.imperator.l.ij.ff.de statu ho-
mi.z posuit Ang.in.l.inter stipulātē.§.si Stichū.in prin. de v.
obl.z Lud.in consil.ccclix.in.vij.col. ¶ Et si dicatur,iste Tho
mas tpe quo deposuit ꝯ istū Jo.seu tpe quo cōfessus fuit con
tra istū Jo.ignorabat.d.Jo.accusasse eū ꝙ presumēdū est nisi
pbet ꝯriū.l.verius.de proba.c.ignorātia.de regu.iur.in.vj.no.
per Ang.in.l.ij.ff.si quis in ius vo.non ie. Ergo perinde est ac
18 si non fuisset accusatus a.d.Joan.† cum paria sint non esse,vel
esse z nō apparere.l.in lege.de cōtrahen.emp.l.duo sunt Titij.
ff.de testa.tute.l.ij.§.si quis duobus.ff.de adimen.leg.z.l.si qs
19 seruum.§.si inter duos.ff.de leg.ij.rñdeo ꝙ † quātum ad repel-
lendum testem vt inimicū,vt non possit ꝯ aliquē deponere: nō
a est necesse ꝙ ipse testis sciuerit [a] illū cōtra quem deponat sibi ali
quā fecisse iniuriā,dūmodo sit facta elegāter,dixit Bart.in.l.j.
in fi.ff.de his q.vt indig.z Inn.in.c.cū.J.z.A.de re iud.z bal.
in.l.prescrip.in antep.col.si cōtra ius vel vti.pu.z Lud.in rub.
de arbi.in.x.col.Ergo cū in casu nostro iste Thomas esset ini-
micus iuris presum.d.Joā.de malchiauellis,vt.s.dixi,non de
buit posse deponere cōtra.d.Jo.nec deponēs potuit facere in
diciū:cū etiā in crimine lese maiestatis,vbi testis etiā infamis z
deploratus admittit:nō admittit inimicus:vt voluit Bar.in.l.
20 in questionib⁹.ff.ad.l.iul.maiesta.† quin nec in notorijs admit
tit inimicus ad accusandum,vt latissime scripsit Lud. multos
referens in consi.cccxxiij.z per predicta dico nullo modo posse
inquiri ꝯ dictum Jo.vigore dicti furti cōmissi per.d.Thomaz
sed ipsum deberi absolui ab inquisitione contra eum formata.
laus Deo.Et ita,vt.s.dico,z consulo ego Vincen.de paliotis
legum doctor Bo.ibiqꝫ iura ciuilia ordinarie legens de mane:
saluo semper saniori iudicio.

a ¶ [redacted]
b ¶ Nō facit.Contrariū vult Alex.s.li.ij.cōsil.lxix.in fi.z lib.iij.ꝯsi.lxxxix.nu.2.qđ non est tenere admittēdū nisi ex qualitate facti z psonarū sit igit iudicis arbitriū, [redacted]
c ¶ Prim⁹.scilicet Vincē.paliotus.

Summarium.

2 ☞ Persuadens z mandans quomodo differunt.
3 Consilium in dubio interpretatur in bonum.
4 Iniurie pcedentis qualitas,arguit qualis sit anim⁹ sequētis.
5 Socius criminis etiam in quibus potest interrogari,non suffi
cit ad torturam.

Consilium. CXXVIII. Subscriptio Alex.

QUoniam abunde z ele-
ganter conclusum z allegatum est per clarissimum
dominum supra consulentem: ideo breuissime expe
1 diam.z ad premissorum confirmationez adduco † ꝙ si quis est
inquisitus vel accusatus de mandato,z probatur non de mā-
dato sed de instigatione, talis probatio non suffragatur dicte
inquisitioni vel accusationi,vt dicit Bal.in.l.hec verba. per il-
lum tex.ff.de his qui notā.infa.bene facit.l.habebit.in princ.ff.
de instito.z quod no.Inn.in.c.ex parte abbatis.de priuileg.z
Bar.in.l.j.in princi.ff.de eden.cum simi.Sed dictus Joānes
est inquisitus de mandato:illa aūt que adducuntur cōtra eum
nō attingunt causam mādati,sed concernunt persuasionē.nā,
vt declarat Bar.in.l.nō solū.§.si mādato.in.j.col.de iniur.diffe
2 rentia est inter mandantē z persuadentē:† qz madans est ille,q
mādat delictū cōmitti ppter seipsum,z satisfactionem sue vo-
lūtatis.Persuasor est ille qui persuadet alicui ppter ipz cui fit
persuasio.alle.in ar.l.ij.ff.man.Et dicit Bart.in.d.§.si manda-
to.circa fi.ꝙ non est differentiam inter instigatorē z persuadētē
ergo si verba Jo.tendebant ad psuasionē non ad mandatū:vt
statim ostendat:sequitur ꝙ decisio Bald.in.d.l.hec verba. est
decisio huius casus.Sed ex cōfessione Jo,non colligitur aliqđ
mandatū ad furtū cōmittēdū.sed si quid posset dici factuz esse
per Joannē,posset dici eū fuisse psuasorē:qz tractabat,vt libri
illi haberent p facto z vtilitate Thome.s. vt ipse posset recu-
perare quatuor ducatos,z chlamidē rosati,nō autez pro facto
Joannis. ¶ Secundo principaliter moueor:qz non videtur ꝙ
verba Joannis importent suasionē delicti,si bene inspiciantur
verba illius sue confessionis:quia licet dixerit Thome ꝙ bene
daret sibi modū ad consequendū dictas pecunias,z chlamidē
dicēdo: Jo te daro bene el modo zc.nā modus esset, si possent
haberi libri partitorū societatis, q sunt apud ser Mattheū zc.
Thomas respondit:ergo bene inueniā modum : nam faciam
quod ser Tho.de ragnano dimittit mihi apertum ostium apo

thece,per quem itur in apothecam ser Matthei:z inde libros
accipiam.cui Joannes respondit:cognoscis ne libros partito-
rum dicte societatis:z Thomas respondit ꝙ non,sed quod ac
ciperet omnes libros in dicto bancheto existentes.Nam non
apparet ex predictis quod Joānes suaserit illi qui persuaserit
Thome quod acciperet dictos libros per aliquem modum il-
licitū.vnde in proposito dicit Bal.in.l.j.in.x.col.C.de ser.fugi.
3 † ꝙ consilium verisimiliter potest se habere ad bonum z malū,
z ille qui dat consilium,potest illud interpretari.alleg.in argu.
not.per glos.in.l.actor.ff.de re iudic.imo z sine interpretatione
hominis, interpretatio legis interpretatur in meliorem partez
l.merito.ff.pro so.ita dicit Bald.in.d.l.j.ergo in dubio non de-
bet interpretari in illicitum.bene facit.l.iij.§.si procurator.ff.qđ
quisque iur.z quod ibi no.z.l.si procurator.in princi.ff.de cōdi.
inde.z.l.pater.ff.que in frau.cre.Nec ob.id quod not.Barto.in
l.si quis mihi bona.§.sed si mandauerit.ff.de acquir. heredi. qz
ibi dominus receperat iniuriam illicite.vnde illa verba dicta p
eum famulo suo, facias ꝙ non redeas in domuz si non sentiaz
aliquid de isto negotio, important quod sicut iniuriam illicite
receperat ab illo qui propria authoritate eum offenderat:videa
tur pariter etiam mandasse famulo ꝙ eodem modo illi iniuriā
4 faceret:† qz qualitas precedentis iniurie arguit qualis sit ani-
mus in sequētibus.ar.c.scriptū.de elec.z.l.si ventri.§.fi.ff.de pri
uil.credi.z.l.iij.§.fi.cū.l.seq.ff.de adi.lega.z in singulari decisio-
ne declarat Bald.in.l.si predium.circa vltimam col.C.de edil.
actio.vnde expresse Raph.cu.z Roma.in.d.l.si qs mihi bona.
§.sed si.dicunt qđ si offensa prima fuerat de vna alapa,z domi
nus famulo dixerit:non reuertaris domi si non sentiā aliquid
de isto negotio,non intelligitur dñs mādasse quod occidat. se-
cus si offensa prima fuisset de vulnere,argu.eius qđ not.in.l.iij.
§.vim vi.ff.de iust.z iu.arg.z in.l.j.C.vnde vi.z in.l.sciētiam.§.q
cum aliter.ff.ad.l. aqui. Sed in qōne nostra nulla illata fuerat
iniuria Jo.ergo cessat rō presumē.quod illa verba sonēt in ali-
quid qđ sit illicitū seu ad vindictam factā, z per hec est rñsum
tam ad cōfessionē Jo.ꝙ etiā. d. Thome,qui etiā cōfessus fuit
ꝙ predicta p tractata z dicta fuerūt ppter recuperādos dictos
iiij.ducatos,z chlamidē ad vtilitatem dicti Tho. ¶ Preterea
etiam respondeo ad cōfessionē dicti Tho. ꝙ illa non est suffi-
ciens,non solū quo ad cōdemnandū Jo.ꝙ nō hz dubium.sed
nec etiā ad torturā cōtra Jo.qz vt late firmat Sal.in.l.fi.ad fi.
5 C.de accu.z Jo.de Imo in.c.j.de cōfessis.† socius etiā in casi-
b bus,in quibus potuit interrogari,nō facit [b] per se solū sufficiēs
indicium ad torturam.mouetur per id qđ legitur z no.in.l.si fi-
lium.cuz ibi not.C.de libe.cau. cuz alijs allegatis per eos in di
ctis locis. ¶ Ex quibus concludo nō posse ex deductis Joan
nem condemnari,nec torqueri pro causa inquisitionis contra
eum formate.

Consilium. CXXIX. Subscriptio Ant.de prato veteri.

PUlchre respōdit subtili-
c ter.z copiose.d.egregius vt mihi filius primus [c] cō-
sultor ita vt paucis vtar pro cōfirmāda eius cōclu-
sione in fauorem inquisiti de mādato ad furtum cōmittēdū ꝙ
z si instrumēta libri clādestine subtracta fuerūt, ex quo tñ nō
aīo furādi,z in suos vsus cōuertēdi.d.subtractio z remotio de
loco ad locum facta fuerit:furtū nō dicit,vt dixit primus con-
sultor.ꝯriat enim factum diffinitioni furti.in.l.j.ff.de fur.instit.
de oblig.que ex deli.profi.z qz si in dubio omnis amotio a loco
ad locū dño ignorāte facta videat cōcludere contra voluntatē
domini.l.qui vas.§.vetare.ff.de fur.z successiue furtū dici dz:tñ
1 illud verum est,nisi alia cā coniecturari possit:† qz concurrenti-
bus duabus causis quarū vna in delictū,z alia in rem licitā:in
dubio lex presumit in cām licitā,ad factuz.est tex.in preal.l.me
rito.ff.pro socio, per quē primus cosultor dixit terminari titu-
lum qōnis in persona amouētis.vt furtū non cōmiserit. ¶ Et
precipue cū ex tali furto nō obligaret nisi illis quorū interesset
non amotā esse.l.is cuius interest. ff.de fur.z in spē in.l.qui ta-
bulas.cū tribus seq.ff.de fur.Quo casu,si esset talis cā inducti-
ua ad mouendum absqꝫ obligatione vel cū obligatiōe,sed lici-
ta,z minor : tunc maior z illicita excluditur, vt dixit pulchre
Bar.in.l.gerit.ff.de acqui.hrd.Facit etiam doctrina Bald.in
2 l.fi.C.de pig.act.dicentis † ꝙ si vxor remanet in domo viri vi-
duata,presumit remāsisse z retinuisse res mobiles pretextu hy
pothece quā hz in bonis mariti.l.fi.C.q po.i pi.ha.z nō alio ani
mo.z sic animo expilandi hrditatē,iuxta.l.aduersus.C.de cri.
expil.here.vbi etiam dr casus iuncta glo.z in.l.vxor.ff.re.amo.
Et ideo

Et ideo q̄ dicit animo furandi factā amotionē, d3 id probare. l.
quoties. §. qui dolo. ff. de pba. l. dolū: cum sua glo. C. de dolo. et
in tabulis, chirographis, ꝛ instrumētis amotis est text. cū glo.
in. d. l. q tabulis. versi. sed si quis. in ver. nō amouit. in fi. Causa
alia est: quā inquisitus in sua cōfessione narrat, ꝑ q̄s sequit̄ ꝙ si
amouēs nō teneret̄ furti: q2 furtū non commisit, nec ipse man
dans: q2 vt plene fuit respōsum in primo cōsi. ꝛ ea rōne. etiam si
dixerit hic inquisitus amouēti si posset haberi modus habēdi
libros ꝛc. ex quo hic modus posset esse licitus, scilicet cū volū
tate dñi dictorū librorū, ꝛ instrumentorū, ꝛ etiā ꝯ voluntatem et
modus vnus includit rē illicitā, alius licitam. d. l. qui vas. §. j.
vbi tex. ꝛ glo. presumi d3 q̄d in modū licitum mandauit ex quo
non descendit in aliā specialē formam ꝛ modum muniendi. d.
3 l. merito. Et precipue† q2 in mandato quantūcūq3 generali nō
venit delictū: ꝛ id per q̄d mandās penā incurreret, vt in regula
vulga. l. si ꝓcurator. ff. de condi. inde. vbi Bart. dixit in. ij. oppo.
ꝙ in gñali mandato, ꝛ in qualibet dispositione generali permis
siua nō vr̄ ꝑmissum illicitum, ꝑ illū text. ꝛ ꝑ. l. si pater filio. ff. de
his que in frau. cre. ꝑ quē3 tex. videt̄ excusari ipse mādans, dū
dicit̄ si pater filio liberā peculij administratiōnē cōcessit, nō vr̄
ex hoc dedisse, vt in fraudem creditorum valeat alienare māda
tum, ergo ꝙ libros habeat intelligendū est non ꝑ furtū, sed lici
to mō: similiter dixit tex. in. l. j. C. de sac. san. ecc. Siṁter etia3 in
l. si qñ. C. de inoff. test. ¶ Et precipue si dictus inquisitus dicit
eo animo fecisse, cui in hoc credendū est ꝑ doctrinas allegatas
in priori cōsilio. ꝛ firmauit Bar. in. l. inter omnes. §. recte. ff. de
4 furt. dicens: † quod si fur dixerat se rē accepisse credens de vo
luntate domini accipere, credit̄ fieri vt ab actione furti liberet̄,
sed in alia actione inspicitur an debuerit hoc credere vel non. al
legat glo. in. d. §. allie. instit. de actioni. vbi in his que dependēt
ex volūtate nostra creditur nobis, ꝛ dicto nostro cum sacramē
to. ꝛ licet Bar. vbi videt̄ dubitasse propter id q̄d dicit gl. insti.
de obli. q̄ ex delicto. §. placuit. propter inconueniens quod se
queretur: quia fures semper dicerent se putasse dñm permissu
rum, ꝛ sic vtitur certa distinctione: tamen concludit ꝙ vbi pos
set allegari alia cōiectura, illa coniectura cum dicto partis tol
lit presumptionem, de qua in. §. vetare. sed hic constabat de cō
iectura sc3 ꝙ non fecerit animo lucrādi, sed vt posset cōstare, ꝛ
a sibi consequi debitū [a] ꝛ sic ob. presumptio allegata per Bar. ꝙ
dñs non presumit̄ velle iactare suū. l. cu3 de indebito. ff. de pro
ba. l. creditor. §. lucius. ff. man. ꝛ in. l. filiusfa. ff. de dona. Et licet
in amouendo tabulas ꝛ instrumenta cōmittatur furtū, id ve
rum si fecerit animo lucrandi. vt est tex. cū glo. in. d. l. qui tabu
las. §. alle. plus dixit Bar. illud cōtingeret in fure, vt si ꝓ eo nō
est alia presūmptio, credat̄ fecisse contra domini voluntatem.
Non ergo idem dicendū in mandāte si mādasset vt libros ha
beret quibus posset ꝙ abi debet̄ ꝓbare, ꝛ cōstat aliud esse pro
5 bare, ꝛ aliud furari libros lucri cā, quā probationē † ꝛ si alias
habere non poterat, ēt via furtiua illā licuerat q̄rere iuxta do
ctrina3 Inn. de resti. spo. c. cū olim. quē sequitur ꝛ firmat Bal.
in. l. ij. C. de serui. ꝛ aqua. Est etiā cōsiderādū ad assertionē mo
di quo ipse fur dixit se copiam librorum habiturum quod ipse
inquisitus non approbauit illū. Et si expresse non reprobaue
rit vnde in dubio nō videtur approbasse iuxta doctrinā posi
tam per Dy. in regula, qui tacet. de reg. iur. ꝛ ꝑ Bart. in. l. que
dot. ff. sol. matr. ꝛ in. l. filiusfa. §. inuit. ff. de ꝓcura. ꝛ per Guil.
ꝛ Cy. l. inuitus. C. de procura. ¶ Quinimo dico, ꝛ plus ꝙ vir
tute dicte inquisitionis confessionis facte non pōt aliqua con
demnatio sequi cum inquisitio sit quia mandauit ꝛ cōfessio est
6 super consilio. † ꝛ longe differunt consiliu3 ꝛ mandatū, vt vo
luit gl. in dicta regula nullus. in fi. dicēs differētia est inter mā
dantem ꝛ cōsulentē, q2 mandans obligat̄ māda. Sed cōsulēs
ex cōsilio, vt. l. j. ff. mā. sicut ergo dicit̄ in ciuilibus ꝙ proposita
vna actiōe, ꝛ alia ꝓbata debet sequi absolutoria, vt legi. ꝛ no.
in. l. an eadem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. ¶ Ita etiā dicē
dum in criminalibꝰ q̄ ad instar ciuiliū regulant̄. l. absentē. ff. de
penis. in. l. senatus. ff. ad turpil. ¶ Nec ob. l. iij. §. persuadere. ff.
de seruo corrup. Et q̄d dicitur in. d. c. si quis viduā. l. di. ꝛ in. c.
sicut dignū. de homi. ꝛ de pe. dist. j. c. nō solu3. q2 in illis consu
luit maleficium committi: de quo sicut dictum est in mādato:
ita dicendū in consi. per ea que etiam voluit Bar. in. d. l. nō so
lum. §. si mandato. ff. de iniur. quia vere habita relatiōe ad ver
ba confessionis mandatū non cōcludunt, per tex. cum gl. in. l.
j. ꝛ. ij. ff. manda. Non enī dixit, mando, iubeo, vel rogo, volo vel
aliud per q̄s dici possit mādatū: put etiā tradit̄ in. l. si qs mihi.
§. iussum. ver. sed si mādauit. ff. de a. q. here. nec etiā in hac cau
sa: q2 fauorem cōmodum nō continet mādantis, sed tm̄ ipsius
amouentis. etiā si mandasset. l. ij. ff. mād. Itē non consiliu3, nō
persuasionē, nō instructionem, que verba dicit Bart. in. d. §. si
mandato. ide3 importare: quia non est confessus de modo ha
bēdi dictos libros, licet dixerat verba de quibus in dicta con
7 fessione: † ꝛ sic dicta verba etiam si dicerentur dubia, ꝛ ad certā
significationem possunt deduci, debēt interpretari ad id quod
minus nocet: iuxta magistralem doctrina3 Bal. in. l. si quis ser
uo. C. de fur. in princ. Ad declarationem eius ꝙ dicit̄ in. l. inter
omnes. §. recte. ff. de fur. ꝛ in. §. placuit. insti. eo. ꝛ in. d. §. alie. ꝛ in
similibus in quibus dicitur in delictis non attendit̄ opi. delin
quentis, sed ipsius rei, nam ꝛ veritas dicētis. Item aut veritas
ꝛ opi. se habent vt contraria. ꝛ tunc aut veritas est cā delicti, s3
opinio non. ꝛ tunc magis cōsiderat̄ opi. ꝙ veritas. d. §. recte. et
de fal. l. impuberē. Si autem ex ꝑte opiniōis esset delictum, nō
ex parte veritatis, ꝛ tunc cōsiderat̄ veritas. l. falsus. §. qui alie
nū. de furtis. ꝛ. l. si seruum. §. ait pretor. ff. de acquir. hr̄. nisi in ca
su. d. l. si quis seruo. aut ex parte vtriusq3. s. veritatis ꝛ opinionis
est delictum: ꝛ tunc. cōsiderat̄ ꝙ minꝰ delictū est. l. sciētia. §. qui
cum aliter. ff. de acqui. here. si est plus in veritate ꝙ in opinione
vel contra. l. item apud labeonē. §. si quis virginē. ff. de iniurijs.
ꝛ. l. si ignorās. ff. loca. Si ꝟo habēt se vt excedētia ꝛ excessa: tūc
si opinio excedit veritatem considerat opinio. ff. de fur. l. vulga
ris. §. si quis ea. ꝛ si veritas excedit opinionē: tunc si in diuersis
delictis consideratur opi. quia voluntas ꝛ propositum. ff. de iu
reiur. l. cū iniuriarum. Sed si in eodem delicto: tūc si in diuersis
personis consideratur opinio. ff. de iniur. l. eum qui nocētem. §.
cum aliquis. aut in eadem persona: ꝛ tunc cōsideratur veritas.
ea. l. §. de iniuria. ꝛ fuit originalis doctrina Andree de pisis in
delictis, in qbus animus requiritur. sed vbi animus nō est de
substantia delicti: tunc veritas inspicitur, dummodo culpa pos
8 sit imputari. l. sicut. §. de preteritis. ff. de vsufru. ¶ Ideoq3 in
ferendo ad titulū questionis, cum opinio dicti inquisiti fuerit
non persuadere nec cōsulere ipsi amouenti dictos libros, ꝛ scri
pturas animo furēdi. sed vt probare posset s3 creditorem nomi
ne patris in dictis quatuor florenis, ꝛ in chlamide debita eius
patri. Que opi. probata videtur ex tractatu habito inter dictū
acquisitum, ꝛ dictum amouentem ante amotionem scilicet ꝙ
tum ad effectum probationis, iuxta illud ex prefatione ex tra
ctatu declaratur animus ꝛ voluntas agentium. l. titia. §. idem
respondit ibi Bar. post Dy. ff. de ver. ob. Bar. in. l. si ita stipula
tus. circa prin. ꝛ q̄d dicit̄ in. l. si. ff. de her. inst. Et si veritas sit in
contrarium ex parte amouentis, vt animo furandi amouerit,
hoc non presumitur ex parte inquisiti opinantis ꝙ iste non aio
furandi accipiat. ꝛ si veritas in cōtrariū fuerit ꝙ animo furādi
fecerit. ꝛ q2 hec sunt diuersa facta ꝛ in diuersis personis, ꝛ vnū
potest inducere delictum, aliud nō: hoc vltimum d3 iudex assu
mere in fauorem delinquentis siue ex parte inquisiti, ꝛ si allege
9 tur veritas siue opi. ex doc. Jo. an. ꝛ Bal. de qua. s. ꝛ ideo † suc
cedit regula iurisconsulti in dubijs causis sententiam ferri pro
reo. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. ꝛ maxime in causis criminali
bus. l. absentē. ff. de pe. q̄d etia3 iudex officio reorū defensiones
debet inquirere, eo. titu. l. si non defendantur. ꝛ in fauorabilio
rem parte3 dubia debēt interpretari: vt. l. si de interpre. vbi etiā
Bar. ꝛ in. l. preses. ff. eo. tit. de pe. Laus deo eiusq3 matri ꝛ bea
tis Antonio ꝛ Raynaldo hodie. xxiij. Maij. M. cccclxiiij.
Et ita vt suprascriptum est dico ꝛ consulo ego Antonius de
prato veteri, iuris vtriusq3 doctor comes, ꝛ sacri imperialis cō
siliarius ꝛc. Bono. iura ciuilia legens.

[a] ¶ Debitu3. vide in simili Cepolā, causa. ciui. consil. ccvj.

Summarium.

2 Executio sententie potest fieri tempore feriato.
3 Brachium cuius imploratur: nō debet adhibere cause cogni
tionem.
5 Exceptio ꝛ taxatiua non excludunt casus similes. nu. 6.
7 Extensio non dicitur quod venit ex mente.
10 Dies ꝛ pena impedit purgationem more.
11 Oblatio debet esse realis.
12 Eligens viam iudicij an sibi preiudicet in via executiua. nu. 13.
15 Remedium duplex exequendi cumulare potest.
16 Protestatio quando est contraria facto non prodest.

Consilium. CXXX. Nō est cōsi. Alexandri.



In causa strazarolorum
in qua dubitatur an ipsis petentibus ꝛ imploranti
bus brachiu3 familie. d. Potestatis, vt eos associet
ad accipiendum tenutam propria authoritate domus ipsoru3
1 strazarolorum. † Cuius dicitur finita esse locatia, ex eo maxime
q2 nō soluit canonem seu pensionem ipse pensionarius domus

cum ex forma statuti possit dñs & locator conductorem nõ sol
uentem in termino propria authoritate expellere, an huic peti
tioni obstent ferie messium, cum statutũ dicat in tit. de ferijs. &
volumus & statuimus &c. vbi disponitur q a die. xiiij. Junij. in
clusiue debeat ius reddi solum, & duntaxat in infrascriptis cau
sis, & non in alijs etiam minimis, videlicet in causis executionẽ
snĩarum, preceptorũ, mercedum, armorũ &c. ¶ Et dico q nõ
obstantibus dictis ferijs potest procedi, & ad hoc ostendendũ
dico qd istud statutum q̃tum est respectu causarũ executionẽ
2 concordat cũ iure cõi. ¶ † Nã de iure cõi executio sñie fieri põt
tẽpore feriato propter vindemias & messes, vt habetur in. c. fin.
de iudi. & ibi no. per doc. in. c. fi. de ferijs maxime per Abb. facit
ij. q. j. sicut. & de pe. dist. j. Adã. & voluit Bar. in. l. ait pretor. §. si
debitorem. ff. de his que in frau. cre. vbi expresse volunt q ferie
messium non impediant executionẽ. vnde modo sicut statutũ
est conforme iuri cõi. ita debet intelligi s3 ius cõe: & nõ vt seruet
iuri cõmuni. per id q habet in. c. cũ dilectus. de cõsue. & c. in no
stra. de iniurijs. & in. l. ij. C. de noxa. & l. si vero. §. de viro. cũ si. ff.
sol. mat. vnde sicut de iure cõmuni, vt dixi, qñ petitur executio
nõ obstant ferie cũ petit illud q est preambulum executionis.
Nam cum petatur, vt detur familia pro executione mera facti,
sed quia non soluit pensionem, que est concessa ab ipso statuto
pro executione ipsius statuti: videtur istud peti posse & cõcedi
debere, ex quo qui vult & concedit, consequi videt velle & cõce
dere antecedẽs sine quo illud expediri nõ potest. c. pastoralis.
§. preterea. & c. consuluit. de offi. de leg. & in. l. ij. ff. de iuri. om. iu. &
l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. & l. oratio. cũ si.
ff. de spon. facit. c. cum inter. cum gloss. de exceptio. & sic cũ per
mittatur executio isto tpe: fortius permittit petitio familie, vt
preambulum pro ipsa executione fiẽda. ¶ Preterea ad predi
cta facit q no. dixit Abbas in. c. fin. de iudi. allegando Spe. &
q dixit do. Ludo. in. l. j. §. excipiunt. de ferijs. vbi volũt qd vbi
agitur de nuda & actuali executione ea possit fieri tẽpore feria
to ob messes. allegat no. in ca. nouit. de appel. Sed in casu no
stro idem est: q2 hic solũ agitur de nuda executione, & nudo my
sterio: q2 petitur familia pro tollendo scandalo, & ne accipiẽs te
nutã offendatur de facto pro iure quod h3: merito videt conce
dendum. Preterea ad predicta confirmanda adduco dictum
3 Inno. in. c. j. de offi. or. volentis † q vbi imploratur brachium
a alterius superioris [a] extraiudicialiter, qd nisi cõstet euidenter q
iniuste petat, d3 dari, sed vbi in iudicio petitur, vt q2 fuit lata
sententia a qua non fuit appellatũ neq3 reclamatum q tũc d3
impartiri officium suum, nec debet aliquo modo admittere ali
quam exceptionem iniuste sententie: vt ibi per eum. sed ita est
in proposito q petitur extra iudicium, & non constat euiden
ter de iniquitate seu iniustitia, merito videtur dicẽdum q cõce
di debeat nõ obstantibus dictis ferijs. & maxime hoc videt di
cendum q non obstent ferie cũ petatur solum brachiũ & auxi
liũ ad defensionẽ, & ne fiat scãdalũ: q2 si secus diceremus quod
obstarent ferie, posset sequi magnũ absurdũ, a quo est validu3
argumẽtũ. l. nã absurdũ. ff. de bo. liber. & c. quemadmodũ. de iu
reiur. Pone enĩ q peto auxiliũ & brachiũ superioris, vt det mi
hi armatos qui me associent: q2 timeo offendi, quos mihi da
re tenetur per. l. fi. C. de eroga. mili. anno. li. xij. Certe si iudex sta
ret, & diceret: obstant petitioni tue ferie. posset sequi scandalu3
mortis petentis interim. vñ propterea non est dicendum q in
casu predicto obstarent ferie, cũ petitur dicti brachij sui auxiliũ
vel peto quod mihi caueatur: quia timeo offendi, quod pos
sum petere, & iudex debet mihi facere cauere, vt in. l. denuncia
mus. C. de his qui ad ec. confu. & ibi Bar. in. l. qui bona. §. de il
lo. cu3 pluribus. §. d. l. ff. de dam. infec. Certe si diceretur, obstãt
ferie. ¶ Nec predictis vĩ obstare dictũ statutum, primo arguẽ
do q esset quid horribile admittere dictas ferias. quare dico
quod hoc casu non obstant ferie, arguit Bar. in. l. cum mulier.
ff. sol. mat. in illa. q. qua queritur. si stat statutum pro non soluẽ
ti collectas, non reddatur ius, vnde dubitatur an si non soluen
ti fit iniuria poterit iudex contra iniuriantem inquirere, ex quo
ipse iniuriatus non potest accusare: & arguit quod videtur di
cendum quod sic: q2 dicit q statutũ nõ videtur loqui in isto ca
su, cũ dicatius, & sic iudiciũ. vnde cũ iudiciũ cõsistat ex tribus p
sonis, vt insti. de interdic. §. retinende. & §. plura. cum similib9.
& in. c. forus. de ver. sig. & in inqsitione nõ sunt nisi due persone,
merito &c. vñde ex isto dicto Bal. eodem modo arguẽdo, cũ di
cat ius, & sic iudicium, & sic loquatur in casu quo requirunt tres
persone. de quibus in. c. forus. de ver. sig. infertur quod in casu
nostro non habebit locum statutũ, cum istud petere brachiu3
vertatur solum inter strazarolos seu eorum procuratorem, & iu
4 dicẽ. † vnde vbi non habent locum verba. l. nec eius dispositio.
c. indemnitatibus. §. sed cu3 eas. de elec. in. vi. & c. fi. de sta. mo. &
in. l. iiij. §. pretor. & ibi Bar. de dã. infec. l. ita autẽ. de ad. tut. l. q

a ¶ [redacted]

b ¶ Extensio j. lib. v. consi. lxxxv.

cõstitutum. de mili. test. & l. hos accusare. §. omnibus. de ac. & l.
nominis & rei. §. verbu3. ff. de verb. signi. cum si. ¶ Nõ ob. huic
argu. q dicatur, imo in casu nostro iudicium fuit hoc est, quia
sunt tres persone: q2 fuimus citati; & sic habilitati, vt dixit Bar.
in. l. j. §. j. de ope. no. nũ. & habet in. c. genesi. de elec. & dom. Ant.
in. c. dilecti. de excep. & no. in. c. intelleximus. de iud. & no. in. c. cũ
inter. de excep. & Bar. in. l. cũ mulier. ff. so. mat. & Bal. in. l. fi. C.
de edic. di. Adri. tol. Quia dico quod dato qd notarius dixe
rit in citatis ad peti. Cesaris: tñ errauit: q2 vt nouit. d. Potesta
tis, ipsa citatio fuit facta ex officio domini Potestatis, & non
ad instantiã partis, & sic q̃tum ad ser Cesarem, non fuit nec est
pars iudicis, nec citata, & merito haberet obstare. d. argumen
tum. ¶ Nec etiam videtur obstare, si dicatur. d. statutum, non
excipit istum casu3: ergo cum excipiat aliquos, videtur in cete
ris regula3 firmare, vt dixit Dy. in rub. de reg. iur. in. vj. & habe
tur in. l. quesitum. §. deniq3. de fundo instru. & l. na3 quod liqui
de. §. fi. de penu leg. & l. in his. ff. de legi. & in auf. de nõ alienan.
§. vt autem. & c. ij. de cõiu. lepro. & xxxij. q. ij. dñs. & no. in. c. vt iu
5 sta. de offi. ordi. † q2 rñdeo q q̃q̃ exceptio firmet regulã in non
exceptis per predicta iura: tñ ipsa exceptio non excludit similes
casus ipsius excep. gl. est sing. in. l. j. C. de cõdi. inde. imo inclu
dit al's similes exceptiones, vt ibi cũ gl. & voluit no. Abb. in. c.
qm̃ frequenter. vt lite nõ cõtest. & in. c. cũ oẽs. de cõsti. in. v. col.
& allegat pro illa gl. casum in. c. cũ dilecta. de cõfir. vti. vel inuti.
& idem dixit in. c. pasto. in prin. de rescrip. & sic nõ excludet hãc
causam executionis fiende propria authoritate sibi concessa a
statuto, cum concesserit executionem sententie, que fit authori
tate iudicis, & sic ipsius ministro: cum censeat ipse minister non
facere, sed lex. & sic hec vident equiparari, arg. c. administrato
res. & c. an solu3. & c. seq. c. iudex. xxiiij. q. v. & sic in effectu fit exe
cutio per istum propria authorizate vigore statuti: sicut fit exe
ptio sentẽtie vigore sentẽtie p ipsum iudi. quia quilibet censetur
per predicta minister execu. & ideo sicut in vno conceditur, ita &
in alio simili. ¶ Nec ob. si dicatur q statutum omnino habet
obstare: quia loquitur per dictionem taxatiuam: quia respon
6 deo † q dictio taxatiua licet de natura sua habeat excludere, vt
l. iiij. §. a titio. ff. de adimẽ. leg. tamen non excludit similia, nec ea
que veniunt vigore verboru3, cui adiũgitur, vt habet cle. exiui.
§. cum aute3. de verb. sig. Et est gl. de verbo, dũtaxat. in. l. si mo
ra. ff. solu. ma. vbi licet tex. ibi dicat maritum dũtaxat teneri de
dolo: tñ tenet de lata culpa que assimilatur dolo, vt ibi. idem in
l. ob es. C. de predijs mi. vbi dictio, tantum nõ excludit similes
casus: vt ibi glo. facit qd habetur in. l. illud. de sacrosan. eccle. et
Bar. in. l. serui nomine. ff. de vsucap. & ad hoc possem multa al
legare, que omitto breuitatis causa. ¶ Nec ob. quod dicat hic
est dictio geminata taxatiua: q2 respõdeo q ista geminatio fuit
& est facta ad maiorem expressione3 intẽtionis cõdẽtis statutũ,
vt appareat q oĩno voluit excludere alios casus diuersos: nõ
autem qd voluit excludere casus similes. & sic correctionem in
ducere: quia esset contra dictas gl. que volunt q vt nõ inducat
correctio in similibus intelligatur de extraneis, & non de simi
7 bus. & sic videtur istud statutum nõ obstet. † & non est ista extẽ
b sio[b]: q2 istud venit ex mente statuti, & ratione eius que fuit non
impedire execu. nõ extẽsiue. l. nominis & rei. §. verbũ. ff. de v. sig.
facit q no. Bal. in. l. maximum vitiũ. C. de lib. prete. & d. Pau.
de ca. consi. cccxlvij. & q habet per gl. in. c. j. in ver. Italie. de tẽ
po. ord. li. vi. ¶ Nec predictis refragatur, si dicat Bal. in. l. j. §.
excipiunt. Decidit istum casum contra text. inquantum vult
8 in hac qõne. † an statutum inducens ferias intelligatur secũdũ
ius cõmune, vt nõ habeat locũ in casibus exceptis a iure cõi, &
decidit allegatis opi. quod aut statutum simpliciter inducit fe
rias, & tunc intelligat fm ius cõe, vt casus excepti a iure cõmu
ni intelligant excepti ab ipso statuto. Aut statutu3 pcedit vlte
rius faciendo aliquas exceptiones: & tũc dicit qd non habet lo
cum ius cõmune, q2 in casibus a statuto non exceptis debem9
stare statuto, & non iuri cõi: q2 exceptio firmat regulam in non
exceptis: vt ibi per eum. & sic dicit pars aduersa hic decisione3
esse sui dubij, sed ego dico, vt dixi qd fateor in casibus nõ exce
ptis & diuersis ab exceptis nõ habebit locu3 dispositio, vt extẽ
dat ad alios, sed similes bene statutum comprehendit per di
ctam gl. s. alle. in. l. j. C. de cõdi. inde. Et sic intelligo dictũ Bal.
s. allegatũ, vt non excludat casus similes comprehensos in sta
tuto, vt in casu nostro: s3 diuersos, licet sint a iure cõmuni dati,
& positi in. d. l. j. ff. de ferijs. ¶ Nec obstat qd allegatur de dicto
Bal. in. l. j. ff. de ferijs sc3, qd vt delegatus non possit cognosce
re an sua sit potestas: q2 cõmittentes, non habebant potestatẽ.
q2 si istud procederet in casu nostro, bene faceret dictum suum.
S3 cũ committẽtes in hac ciuitate teneant locũ principis, certe
ipsi possunt derogare ferijs, vt dixit. d. Lud. i. d. l. j. Et q2 est ridi
9 culũ dicere nõ insisto: q2 certũ † q inferior nõ põt tollere legem
superioris

ã priuata nõ habeat diem, quo facta fuerit dicta scriptura: &
si potuit fieri prout in veritate facta est lite pendente: & sic de
ann. M.cccclxiiij. quo tẽpore ipse nullo modo erat syndicus, &
posito sine preiudicio, sed non concesso, qd de anno preceden-
ti pro sex mẽsibus esset syndicus, ita quod illa scriptura neque
nocet vniuersitati neq; probat. nam licet scriptura priuata nõ
requirat regulariter diẽ. l. cum tabernam. §. idem quesijt. ff. de
pignori. tamen illud est verũ, quando tractatur de preiudicio
solius scribentis. Sed si tractatur seu tractari põt de preiudi-
a cio alterius, [a] tunc requiritur quod in scriptura apponat̃ dies
si veniebat necessario probãdum tempus. arg. ca. in presentia.
de proba. ita cõcludit Hostiẽ. in. c. inter dilectos. de fide instru-
mento. & domi. Abbas ĩ capitulo secũdo. in quinta columna.
eodem titulo. & istud est de mente Bartol. clare in dicta. l. cum
tabernam. §. idem quesijt. de oppositione. d. l. scripturas. & vult
qd quando ille qui vtitur scriptura habet se fundare ex tem-
pore, oportet quod scriptura contineat diem, vt ibi per eum. et
notat Baldus in prima cõstitutione codicis. in. §. qbus. Sed
ita est quod dicti heredes habent necesse probare de t̃pe, scili-
cet quod soluerint singulo semestri, & in festo paschatis resur-
rectionis: vt in statuto in rubrica de pena vẽdẽtis rẽ alienã &c.
& tractat̃ de preiudicio alterius: quã scribentis: scilicet de pre-
iudicio vniuersalis: ergo &c. & ita etiam voluit Joannes An-
dreas & alij ĩ capitulo, abbate sane. §. fi. de re iudicata in sexto.
& probatur in dicta. l. scripturas. C. qui potiores in pign. habe.
& ibi clare Bal. ¶ Preterea dictus Joannes de caualina ad
requisitionẽ magnifici domini Potestatis, vt declaret scriptu
ram suam, que non aperit quo die vel mense receperit dictas
pecunias, iuxta. c. cũ clamor. extra de testi. & id quod notat gl.
in. §. quia vero multi. in authenti. de testib. etiam de iuramen-
to suo declarando dictam scripturam, specificauit tempora in
quibus recepit dictas quantitates: & inter cetera dixit se rece-
pisse certam partẽ de Ann. M.cccclxiiij. de mense Januarij in
duabus vicibus, et sic solutio fuit facta extra t̃ps debitum, et
4 fuit facta ei qui amplius non erat syndicus: † & plus stari de-
bet viue voci dicti Joãnis cum iuramẽto. q̃ sue voci mortue,
id est q̃ sue scripture priuate, vt inquit tex. in aut. de instrõrum
cautela & fide. §. sed & si quis. versiculo si vero tale quid. ibi nos
existimamus ea que dicuntur a viua voce: & cum iureiuran-
5 do digniora esse fide quam scriptura ipsa &c. † nam et vbi agi-
tur de preiudicio alterius q̃ scribẽtis: vel deponentis, semper
secundum dictum varium a primo operatur: vt sententia non
possit ferri ꝓ illo qui se fundat ex dicto illius, q2 fides eius du-
bitatur, vt signanter concludit, & declarat Ant. de but. in. c. cũ
in tua. de testi. in vlt. col. per no. in. c. preterea. de test. cogen. fa-
cit. l. qui falsa. ff. de test. & quod habetur in. l. eos. ff. ad. l. Corne.
6 de fal. ¶ † Deniq; dicta scriptura priuata licet ĩ ea dicatur, re
cepi ego Joã. &c. tamen dicitur probare confessionem de rece-
pto, non numeratione, vt declarat Bart. C. de non nu. pecu. in
l. si ex cautione. in secunda oppositione, post glo. vbi Bart. pro
hoc inducit no. per glo. in. l. fi. C. de dot. cau. non nume. & in. l. si
ex pretio. C. si cer. pet. & idem not. Ant. de but. in. c. si cautio. de
fide instr. & Ang. in. l. predicta. ff. de acquirẽ. pos. Sed ita est qd
b procurator [b] vel syndicus dicte vniuersitatis confitendo spon-
te, seu per modum voluntarie iurisdictionis recepisse pecuniã,
